IOANNIS NIESS
E SOCIETATE
IESV,

DE

ORTV, ET
OCCASV LINGVÆ
LATINÆ,

CVM

EIVSDEM INSTAV-
RANDÆ
MODO,

LIBRI DVO.

AD

POLITIORIS LITTERA-
TVRÆ STVDIOSOS.

*Cum facultate Superiorum, & Priuilegio
Romani Cæsaris.*

DILINGÆ,
Formis Academicis.
Apud IACOBVM SERMODI
ANNO M, DC. XXVII.

JOANNI
CHRISTOPHORO
REVERENDISS.
ANTISTITI
ILLVSTRISS.
PRINCIPI
GYMNASII ACADEMICI
EYSTETTENSIS
CONDITORI,
PATRONO,
PATRI.
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

IOANNES NIESS, E SOCIETATE IESV.



Vsus profectò nunquam fuissem, IOANNES CHRISTOPHORE Princeps, tantillo cum opusculo in tanti PRINCIPIS conspectum prodire: nisi Gymnasium hoc Eystadianum, tuis sumptibus & auspiciis nuper erectum, me, qui in eo politiores litteras maiorum imperio docere cœpissem, audacem esse, suo exemplo iuberet. Enimuero ostendit illud sese, recenti, læta & liberali facie, ad CONDITORIS formam; audétque inter-

montes ſtare, qui maximè amici ſunt Muſarum. Vnde hæc illi confidentia obſecro? Stantibus præſertim circà, tot illuſtribus Gymnaſiis & Academiis? Sumpſit Ædificium, credo, ab Architecto, & Auctore ſuo, quod ego ab Ædificio. Quid enim aliud, tam profuſâ in Muſas liberalitate quærebas Tv, Illvstrissime Princeps, quàm vt Apollinem ipſum, ſuâ cum Citharâ ex Parnaſſo, ad Almonium, & tuos montes euocares? vt Clientibus tibi obnoxiis Artium liberalium quoddam quaſi Emporium domi aperires? vt haberet Prouincia, quæ Eyſtadianę

Mitræ

Mitræ ſubeſt, vnde Clerum, hoc eſt, ſanctiorem Reip. partem informaret? vt eſſet iuuentuti, quam Patriæ ſpem eſſe non ignoras, Palæſtra quædam publica virtutis, & Eruditionis, in qua melius, honeſtiúſque multò, quàm Spartana quondam pubes, à primis ſtatim annis exercita atque informata prodeſſe Patriæ, Reíque præeſſe publicæ vtiliter aliquando poſſet? vt eum denique te poſteritati reapſe oſtenderes, atque probares, qui nihil à ſe deſiderari paſſus ſit eorum, quæ Optimi quondam Pontifices, Maximi Principes, Auguſtiſſimi Reges, atque Imperatores, in

primis habuiſſe curis illuſtria vbique terrarum Muſea, præclaris molitionibus è fundamentis educta, hodiéque teſtantur?

Parua quidem, fateor, pro magnis
munera reddi,
Cùm pro tam raro, verba, fauore damus:
Sed qui, quæ potuit, dat munera,
gratus abundè eſt:
Et finem pietas contigit illa ſuū.

Neque enim agere ſolùm hîc, pro tantis tuis in Societatem noſtram meritis gratias conſtitui, ſed & habere: & quamuis Munus Te dignum non ſit, eſſe tamen index poteſt animi, cùm maiora non poſſit, minora non erubeſcentis: præ-

præſertim cùm idem me Poëta, qui paulò antè animare, & his accinere verſibus pergat,

Nec qua de paruâ Pauper Diis libat acerrâ *Ouidius.*
Tura, minus grandi, quàm data lance, valent.
Agnáq; tam lactens, quàm gramine paſta Phaliſco
Victima, Tarpeios inſilit iſta focos.

Quapropter, tametſi neque Argumentum, quod DE ORTV & OCCASV linguæ latinæ eſt, neque ſcribendi ratio, quę Adoleſcentibus accommodari debuit, vt ſcopum mihi fixum aſſequerer, tam ſublimibus oculis, nedum manibus dignũ videbatur: Nihilo minus tamen ſingularis illa

Humanitas tua animos mihi fecit, vt auderem, & ſperarem fore, vt hic meus qualiſcunq; LIBER ac LABOR, tibi, vel Iuuentutis nomine, cuius profectu, & commodis tantopere delectaris, eſſet ad Homeri melodiam:

--- --- --- Δόσις δ' ὀλίγη τε, φίλη τε.

Donum paruum ſed charum.

Quid enim? TV á dignitate tua, quæ ampliſſima inter mortales eſt, alienum non putaueris, Domicilium erigere pueris, in quo verba formare latina, litteras iungere, & pronunciare Græcas addiſcant; & nos pigeat laudatiſſimis maximi, munificentiſſimíque Præſulis conatibus ſubminiſtrare materiam, quâ pueritia non modò Eyſtadiana;

na, & domeſtica, ſed à finitimis, imò longè diſſitis Regionibus huc coacta, eum finem ac fructum aſſequatur, cuius tu gratiâ nullis ſumptibus & laboribus parcere, difficillimis tēporibus, inter medios bellorum circà frementium tumultus Lyceum illuſtre erigere; Academicíſq; immunitatibus ornare ac ſtabilire, non dubitâſti? Nam de Seminario Wilibaldino quid dicam? in quo ſportulam libereralem à tua manu ſumunt, aluntúrq; Iuuenes lecti quadraginta admodum: qui tam in Symphoniacâ, quàm aliis artibus, quas liberales appellamus, inſtituūtur, vt ſuo deinde tēpore muneribus poſ-

ſint grauioribus, ſeu Curiæ, ſeu Eccleſię admoueri. Equos ſanè alant alii & canes: Tv, Virtuti ac Religioni domicilium ædificare, Muſis Hoſpitium præbere, Pauperibus mēſam parare, officium Chriſtiani PRINCIPIS putâſti Vilia nullo modo ſunt exiſtimanda, quæ immortalitatem pariunt: abiecta dici nō poſſunt, quæ Infulas, ipſis Gemmis magis ornāt: nec inter parua numerari debent ea, quæ magnum fructum habent. Hæc Tv SAPIENTISSIME Princeps nôſti, & egiſti: hæc ego, à te didici, auſúſque ſum, quod Berchtelsgadenſes noti Artifices: qui dētiſcalpia, & minutias, neſcio quas, magnis etiam

iam capitibus offerre audent: nec erubescunt in ea re laborare, & bonas horas insumere, quæ Puerorum crepundiis, si vsum spectes annumerari queant: vel id potius hac audaciâ conatus sum, quod ille Mendicus, Asino vicatim circumlatus, qui moriens Magno DVCI Florentino Ephippium dono hæreditario à se venire voluit: Quod cùm Principis facilitas ab homine vilissimo, miniméque in speciem liberali, accipere non recusâsset; Sed mox ad se afferri, aperiri, inuertique iussisset, tria coronatorũ millia, purum putum aurum, sub centone illo reperit: quam ipse deinde pecuniam, ne pius

minus, quàm humanus esset, mendicabulis distribuendam curauit: ingenti documento; graui & Illustri viro, humanitatem obesse nunquam posse. Atque ego quidem ILLVSTRISSIME Princeps, promittere nequaquam ausim, tantum meo latere sub munusculo. Siquidem vel hoc nomine dignum est, quod non gratis, sed ex debito tribuitur: eoque (DEVS bone) quanto! Nolo hîc esse Orator, nolo rem verbis illustrare; quæ suâ se luce commendat; nolo probare rationibus, quod digito demonstrari, oculis videri potest, Templum magnificum, Collegium elegans, Gymnasium illustre, &

opportunum Societati IESV à te ædificatum tam vili non ſoluitur pretio; tam exiguâ non compenſatur opera: balbutire ego nunc incipio cum pueris duntaxat imperfectum & humile quid, longéque infra prudentiam, dignitatémque tanti Principis poſitum: loquetur quondam Societas tota, & in omnem futuram poſteritatem, tam largam beneuolentiſſimi Mecœnatis liberalitatem prolixis & diſertis verbis, perennibúſq; monumentis deprædicare non ceſſabit. Interea verò temporis TV, IOANNES CHRISTOPHORE Princeps, ægrè puto ac moleſtè non feres, tam me, quàm alios Gymnaſii tui Pro-

fessores, socios meos, politiores, maximè litteras promouere, atque excolere: Sed Patronus idem, qui & Mecœnas & Conditor, esse non dedignabere: vt illæ litteræ in tuo quasi fundo, & agro reflorescant, & ad aliquem Romani cultus splendorem redeant, sine quibus, neq; persona agi in foro disertè, neque in curia sapienter, neque in Templo decorè satis potest. Quid? an frustra Humaniores, Mansuetiores, Politiores, à doctis illas appellari putas? in quas qui peccāt, BARBARI (quid ignominiosius audiant?) illico, nec iniuriâ, indigitentur? Sed aliis hæc occinerem, ILLVSTRISSIME PRINCEPS,

Tu,

Tu, quanti nostras Musas, politiora inquam studia facias, nõ verbis, re declarare soles. In cuius proinde sacras manus, hunc quamuis profanum, sed ingeniis iuuenum excolendis, honestéque occupandis idoneũ LIBELLUM venerabundus trado: ἀντιφραστικῶς ex illo iam noto diuerbio meipsum consolans: ὀλίγον βιβλίον, ὀλίγον κακὸν: eóque citius abs Illustrissima Celsitudine Tua veniam impetraturum me spero, quò, minore chartarum dispendio, operísque mole coram Mitrato capite ausus sum cõparere. DEUS OPT. MAX. Te Ecclesiæ Catholicæ, Diœcesi Eystadianæ, Societati IESU,

Paruus liber paruum malum.

SV litteris, litteratísque diu seruet incolumem, sospitem, superstitem. Eystadii IV. Idus Iulii. Anno cIↃ.IↃc.xxvII.



AD DISCIPVLOS SOCIETATIS IESV.

PRÆFATIO.



N alteros duos LIBELLOS, Adoleſcentes optimi, poſt ALPHABETA CHRISTI, & Diaboli, veſtris commodis debitos, & à me vobis non ſine cauſa ſcriptos. Equidem inſtituti vitæq; meæ rationes ſi ſpectem, debere videbar: ſi ſtudia, ætatiſq; veſtræ conditionem attendam, indigere vos eiuſcemodi ſubſidiis literariis haud mediocriter animo meo perſuadebam. Nam hoc, SOCIETAS noſtra antiquiſſimum ſemper habuit, ſemper habebit, vt VIRTVTEM primùm, tum deinde LITERAS è pulpito doceat; & ex legibus, quas maiores noſtri di-

dixerunt, sanctißimam illam esse velit, cui inter vndecim, primum, id est, honestißimum locum attribuit; quæ vltro ad Lycea nostra ventitantes, in ipso statim limine sic admoneat, sic edicat:

ΑΚΟΥΕ. ΣΙΓΑ.
ΘΕΟΝ. ΣΕΒΕΙ. ΚΑΙ. ΠΑΝΤΑ
ΠΡΑΞΕΙΣ, ΕΥΘΕΩΣ.

Et vt nemo non intelligat.

Lex I. Scholarũ Societatis.

Omnes sibi persuadeant, non minus hîc ad VIRTVTEM & pietatem, quàm ERVDITIONEM animos informari. Elaborent igitur, qui has scholas frequẽtant, vt omni doctrinæ, ac disciplinarũ cognitione animum erudiant. Sed multò diligentius, vt veræ sapiẽtiæ & VIRTVTVM splendore mentem

tem illustrent. Duplex igitur adeundi Gymnasii finis, vt rectè docet in Politicis Adamus Contzen: Primus & optimus, VIRTVS. Et hanc quidem in ALPHABETIS docere vos conatus sum: Secundarius: ERVDITIO: ad quam hisce duobus, de ORTV & OCCASV Linguæ Latinæ concinnatis LIBELLIS, ducere vos, non inuitos credo, aggredior. Quid enim aliud in Gymnasiis nostris, tantis vestris & laboribus, & sumptibus quæritis, quàm vt aliquando Romanè loqui, & inter eruditos numerari possitis? Præclarum, me hercule, consilium! Sed quod ipsum alius egeat consilio. Diuersas enim diuersi vias ingrediuntur, quibus in Latium se, ad sermonis inquam Latini cognitionem peruēturos aliquan-

Lib. 4. Polit. ca. 8. Super hac Regula.

quando ſperant: ſed quia vel ducto-ribus, doctoribúſque peritis carent; vel ſi propitiâ Minerua idoneos ad id nacti ſunt, eorundem præceptiones, & monita negligunt, idcirco ſæpe fit, vt in mari Siculo, inter barbaros videlicet, & indiſertos homines hærere, ſordeſcere, ac denique perire cogantur: aut certè, non niſi poſt multa naufragia, ingentéſque plurimorum annorum labores, ac ſumptus, ad portum aliquem ſalutis & eruditionis cum ÆEnea Troiano eiiciantur potius, quàm exponantur. Mihi ergo hiſce decretum LIBELLIS *eſt*, Adoleſcentes, *aliquam vobis ſemitam, in tam vaſto latinitatis pelago, digito quaſi monſtrare,*

quam

quam conficere non longissimo temporis interuallo, non maximâ laboris contentione, etiam tardissimus quisque videatur posse. Multum promitto; sed Adolescentibus: quibus etiam vulgaria & in medio posita videntur magna, scitu sunt necessaria, possunt esse fructuosa. Natales, Parentes, Propagatores Latinæ Linguæ cognoscere desideratis? ex his LIBELLIS cognoscetis. Vultis nosse, qui ante Ciceronis tempora tam præclaræ Linguæ fundamenta posuerint, eámque in lucem quodammodo progenerârint? Damus vobis antiquissimos.

CORN. CETHEGVM
M. CATONEM
C· LÆLIVM

P. SCIPIONEM
GRACCHOS FRATRES
Q. MVTIVM SCÆVOLAM
L. CRASSVM.
M. ANTONIVM
COTTAM *&c. & hos quidem Oratores: Ex Pœtis istos,*
ENNIVM
NÆVIVM
PLAVTVM
CÆCILIVM
PACCVVIVM
ACTIVM
LVCILIVM *&c.*

Ad ipsius deinde M.T Ciceronis tempora & Aurei Seculi Scriptores, quos Classicos appellant, venire lubido est, & Suadæ illius dulcissima permulceri suauitate? in Acie stat, longúmque secum Agmen ducit

M. T. CICERO
C. IVLIVS CÆSAR
P. TERENTIVS

CORN.

CORN. CELSVS
Q. T. CICERO
AVLVS HIRTIVS
Q. CORNIFICIVS
COR. NEPOS
P. SYRVS MIMVS
C. SALVSTIVS CRISPVS
AVCTOR *Libri de bello Hispaniensi.*
M. TERENTIVS VARRO
M. PORTIVS CATO
M. ACC. PLAVTVS
Q. ASCONIVS PEDIANVS
T. LIVIVS
M. PORTIVS LATRO
M. VITRVVIVS
IVL. HYGINVS.
M. ANNÆVS SENECA *Rhetor. P.*
L. ANNÆVS SENECA *Philos. F.*
POMP. MELA
RVTILIVS LVPVS
VELLEIVS PATERCVLVS.

Q. CVR-

Q. CVRTIVS
M. FABIVS QVINTILIANVS.

Et hi in Solutâ potißimum oratione Principes fuere: Ligatæ familiam isti constituunt

C. VALERIVS CATVLLVS
P. VIRGILIVS MARO
ALB. TIBVLLVS
Q. HORATIVS FLACCVS
T. LVCRETIVS CARVS
SEX. AVRELIVS PROPERTIVS
P. OVIDIVS NASO
GRATIVS
GERMANICVS CÆSAR
CORNELIVS SEVERVS
C. PEDO ALBINOVANVS
M. MANILIVS
AVGVSTVS CÆSAR
CLOD. SABINVS
ANNÆVS SENECA, *Tragicus.*

Iam verò, si illos quoque cognoscere voletis, qui à Claßicis & probatißimis

mis illis scriptoribus deflectere cœperunt, séque cum Cicerone *non vixisse stylo etiam ipso, dicendiq; charactere confessi sunt, offendetis hoc in* LIBELLO *proximos à primis:*
Ex Historicis quidem,

VAL. MAXIMVM,
PLINIVM
SVETONIVM,
CORN. TACITVM,
L. FLORVM,
SOLINVM,
A. GELLIVM,
MACROBIVM,

Ex Poetis autem,

PERSIVM,
LVCANVM,
IVVENALEM,
STATIVM,
MARTIALEM,
SILIVM ITALICVM,

Et paulò pòst.

CLAVDIANVM
PRVDENTIVM.

Quin, quod maximè desiderare vos intelligo, aliorum etiam Eruditorum virorum, qui nostro partim seculo viuunt, partim vixerunt, non modò nomina, sed & eloquentiam, atq; in perficienda, propagandáque Romanâ Lingua studium hîc deprehendetis: Quo in numero à nobis præter alios collocabuntur isti:

LACTANTIVS FIRMIANVS,
M. ANTON. MVRETVS,
PETRVS JOAN. PERPINIANVS,
PAVLVS MANVTIVS,
GVILIELMVS BVDÆVS,
JVSTVS LIPSIVS,
BARNABAS BRISSONIVS,
CHRISTOPHORVS LONGOLIVS,
PETRVS BEMBVS,
MARTINVS AN. DELRIVS,
FRANCISCVS FABRITIVS,

FRAN-

AD DISCIP. SOCIETATIS
JAC. SANNAZARIVS,
SIDONIVS APOLLINARIS,
BOETIVS SEVERINVS,
FRANCISCVS BENCIVS.
FRANCISCVS PETRARCHA,
HIERONYMVS VIDAS,
LÆVINVS TORRENTIVS,
BAPTISTA MANTVANVS.

Alios, qui operibus suis Linguam Latinam vel illustrârunt, vel pro-mouerunt, memorare vobis lon-gum foret. Sigonios, Osorios, Or-landinos, Nigronios, Sacchinos, Schottos, Turselinos, Raderos, Pon-tanos, Bidermanos, Bauhusios, Raimundos, Malapertios, Stradas, Gallutios, & cum his plures suo loco producam, qui iter rectißimum, quod in Latium deducit iuxta me-cum vobis ostendent: Barbariem, sordes, monstra verborum dedoce-

bunt. Hos igitur duos LIBELLOS Adolescentes, *fiiis mentibus ac manibus accipietis, quibus illos priores à me vobis inscriptos, qui de* VIRTVTIBVS *amplectendis,* VITIIS *fugiendis præceperunt, & me hæc scribendo operæpretium fecisse; & vos eadem legendo, vsurpandóque ingenuâ, & liberali indole digna præstitisse arbitrabor.*



AVCTORES
EX
PLVRIMIS PAVCI
QVIDAM DELECTI,
AD
SENTENTIAM, IN HIS,
DE
ORTV ET
OCCASV LIN-
GVÆ LATINÆ LI-
BRI DICENDAM.

A.

A. Gellius.
A. Persius.
Adamus Contzen.
Alexander Seuerus.
Andreas Alciatus.
Andreas Schottus.
Angelus Politianus.
Antonius Posseuinus.

S. Augustinus.

B

Barnabas Brissonius.
Benedictus Lampridius.
Bernard. Stephonius.
Bibliothecæ Hisp Auctor.

C.

Cæsar Card, Baronius.
C. Julius Cæsar.
C. Plinius.
Carolus Sigonius.
Casparus Scioppius.
Claudius Verderius.
Cornelius Loosa.
Cornelius Tacitus.

D.

S. Dauid Propheta.
Dionysius Lambinus.

E.

Edmundus Campianus.
Elias Vinetus.
Elogiorum Belgarum Auctor.

Elo-

F.

G.

H.

Horatius Turſelinus.

I.

Jacobus Bidermanus.
Jacobus Pontanus.
Joannes Bernartius,
Joannes Camers.
Joannes Maria Catanæus.
Joannes Paſſeratius.
Joannes Franc Picus.
Joannes Scoppa.
Joſephus Scaliger.
Jouianus Pontanus.
Julius Scaliger.

L.

Liuius Andronicus.
Lucanus.
L. Apuleius.
L. Gregor. Gyraldus.

M.

M. Ac. Plautus.
Macrobius Aurelius.
M. Ant. Muretus.

M. Fa-

M. Fabius Quintilianus.
M. Valer. Catullus.
M Valer. Martialis.
Marius Nizolius.
Mart. Ant. Delrius.
S. Matthæus Euangelista.
Matthæus Raderus.

N.

Nicolaus Susius.

P.

Paulus Manutius.
Petrus Crinitus.
Plutarchus.
Pomponius Mela.
P. Ouidius Naso.
P. Terentius.
P. Vergilius Maro.

Q.

Q. Cornificius.

S.

Sestius, Græcus.
Sidonius Apollinaris.

Silius Italicus.

T.

T. Liuius.

T. Lucretius Carus.


V.

Wolfgangus Grunnerus.

Wolfgangus Starck.

X.

Xyſtus Betuleius.



L A-

LATINÆ LINGVÆ
PARENTES
PROPAGATORES,
ALTORES.

Qui

HIS IN LIBRIS EX doctorum Virorum Sententiâ commendantur. Et ex quibusque Politioris Litteraturæ STVDIOSI proficere posse videntur:

VETERES, RECENTIORES.

E

MVLTIS ILLI POTISSImum, quorum vsus mihi frequentior, copia promptior.

A.

ALB. TIBVLLVS.
Andreas Alciatus.

An-

Andreas Brunner.
Andreas Naugerius.
Andreas Schottus.
Angelinus Gazaeus.
Antonius Balearius.
AVCTOR LIBRI DE BELLO HISPANIENSI.
AVGVSTVS CÆSAR.
A. Persius.
A. Gellius.
AVR. CORNELIVS. CELSVS.
Aur. Prudentius.

B.

Baptista Mantuanus.
Barnabas Brissonius.
Bernhardus Bauhusius.
Bernard. Stephonius.
Boetius Seuerinus.

C.

C. IVLIVS CÆSAR.
C. Lælius.
C. PEDO ALBINOVANVS.
C. Plinius vterque.

C. SALVSTIVS CRISPVS.
C. VAL. CATVLLVS.
Carolus Malapertius.
Carolus Sigonius.
Christophorus Longolius.
Claudianus.
Cliens Parthenius.
CLOD. SABINVS.
Corn. Cethegus.
CORN. NEPOS.
Corn. Tacitus.
CORN. SEVERVS.
Cotta.

D.

Dec. Ausonius.
Dionysius Petauius.

E.

Edmundus Campianus.
ENNIVS.
Ericius Puteanus.

F.

Famianus Strada.
FESTVS.
Franciscus Petrarcha.

Fran-

Franciſcus Bencius.
Franciſcus Fabritius.
Franciſcus Raimundus.
Franciſcus Sacchinus.

G.

Gabriel Faernus.
GERMANICVS CÆSAR.
Gregorius Corteſius.
Gracchus vterque.
GRATIVS.
Gulielmus Budæus.

H.

Hermannus Hugo.
Hieronymus Oſòrius.
Hieronymus Vidas.
Horatius Turſelinus.

I.

Iacobus Bidermanus.
Iacobus Gretſerus.
Iacobus Pontanus.
Iacobus Sadoletus.
Ioan. Franc. Picus.

IVLIVS HYGINVS.
Justinus.
Iustus Lipsius.
Juuenalis.

L.

Lactantius Firmianus.
Læuinus Torrentius.
Lucanus.
Lucilius.
L. ANNÆVS SENECA.
L. Annæus Florus.
L. CRASSVS.
L. IVNIVS COLVMELLA.

M.

Macrobius.
Maphæus Vegius.
M. ANNÆVS SENECA.
M. ANTONIVS.
M. Ant. Muretus.
M. CATO.
M. FABIVS QVINTILIANVS.
M. MANILIVS.
M. ACC. PLAVTVS.
M. PORTIVS LATRO.

M. TE-

M. TERENTIVS VARRO.
M. TVLLIVS CICERO.
M. Val. Martialis.
M. VARRO.
M. VITRVVIVS.
Mart. Ant. Delrius.
Matt. Casimirus Sarbiuius.
Matthæus Raderus.
Melchior de la Cerda.
Michael Verinus.

N.

NÆVIVS.
Nicolaus Causinus.
Nicolaus Orlandinus.
Nicolaus Susius.

P.

PACCVVIVS.
Paulus Bombinus.
Paulus Manutius.
Paulus Sacratus.
Petrus Bembus.
Petrus Ioan. Perpinianus.
Petrus Maphæus.

Petrus Victorius.
POMPONIVS MELA.
P. OVIDIVS NASO.
P. SCIPIO.
P. SYRVS MIMVS.
P. VIRGILIVS MARO,
P. TERENTIVS,

Q.

Q. ASCONIVS PEDIANVS,
Q. CVRTIVS.
Q. HORATIVS,
Q. MVTIVS SCÆVOLA,
Q. TVLLIVS CICERO,

R.

RVTILIVS LVPVS,

S,

Sannazarius,
SEX. AVRELIVS PROPERTIVS,
Silius Italicus,
Solinus.
Sollius Sid. Apollinaris.
Statius Pap.
Suetonius Tranquillus.
Sebastianus Beretarius.

Tar-

T.

Tarquinius Gallutius.

T. LIVIVS.

T. LVCRETIVS CARVS.

V.

Val. Maximus.

Velleius Paterculus.

Virgilius Ceparius.

VVolfgangus Schônslederus.

Aliȷ́ infiniti, & eruditione & cultu Linguæ præstantes viri; quos breuitatis causâ prætereo: tum etiam, quòd partim mihi ignoti, partim impurgati, adeóque Iuuenibus minimè suadendi. Atque ex his ipsis, quos nominaui, aliȷ́ aliis magis excellunt, magis prosunt; vt suo loco significabitur.

I N-

INDEX CAPITUM LIBRI PRIMI.

Qui est, de Ortu Linguæ Latinæ.

INDEX CAPITVM LIBRI SECVNDI.

Qui est, de Occasu Linguæ Latinæ.

CAPVT I.

Quando cœperit Latinæ linguæ interitus.

CAPVT II.

Barbaries expurgata: seu Farrago barbarorum vocabulorum, & dictionum ex probatis Auctoribus emendata. Vbi & de Elegantiis particularum



HENDECA SYLLABI,

πρὸς τοὺς φιλογλώττους.

QVonam, quò ruis otiosa turba,
Criniti Pueri, rudes Ephebi,
Linguas discere Barbaras superbi?
Hic, ad grandiloquos volat Britannos,
Ad cultos, malè cultus ille, Gallos:
Anglus, Aalus, Hungarus, Polonus,
Germanus, Siculus, Bohemus, Indus
Audiri cupit alter, & probari.
Trans ipsum mare, trans & Istrum & Austrum,
Est quem currere non piget: redire,
Demum Barbarus vt queat; domiq;
Atrox, nescio quid, boare. Inepti,
Tantæ molis erat videre gentes?
Horas perdere tam bonas, & Assem?
Vitam sæpe etiam. Parum hanc dolerem,

Si non sæpe Animam, Loqui vetustã.
Amœnam, celebrem, vtilem, disertam
(Et quod dicere non timebo) sanctam
Linguam quæritis? Affero Latinam,
Non frangente parabilem labore.
Hanc qui nouit, homo, est: cor huic, & os est:
Cantant flentq;, ululántq; sibilantq;
Coaxántq;, rudúntq;, grunniúntq;,
Mugiúntq;, alij: nec est (Pelasgis,
Hebræisq; suum relinquo regnum)
Quæ non lingua, per improbos abortus
Monstrum nata sit. Heu, quod ex Latina
Gothi rudera VVandalíq; cædunt,
Distortis malè faucibus rotundi,
Dum vastant Italos, & ense & ore
Cruenti? magis ore, sed cruenti
In Vocabula Tulliana, diro
Membratim laniata BARBARISMO.
Tu quisquis cupis eloquens haberi,
Et Linguâ venerabilis seuerâ,
Verbis vtere Romuli Nepotum:
Cultis, Iupiter? Et diu futuris:

Quorum Pagina Sacra dignitatem
Promisso stabiliuit æuiterno.
Nec verò ad Gyaros, ad vsque Thulen
Excurras, opus est: lege hunc Libellū,
Et Romam, & Latium videbis: ille
Quo vultu Maro, quo Catullus ore,
Quo Marcus fuerint, Terentiúsq;
Quo Cæsar, quo alij, docebit. Istos.
Tu si noueris, vnus inter omnes
Cantores Olor Anseres placebis.



LIBER PRI-
MVS,
DE
ORTV
LATINAE
LINGVÆ.

DE ORTV ET OCCASV LINGVÆ LATINÆ

CAPVT I.

Ingreßus, Causa, Argumentum, Modus, Finis Libri.



DOLESCENTIBVS potiſſimum, & Latinæ linguæ non ita pridem initiatis Tironibus ſcripturus, eam me facilè ab optimo, & prudentiſſimo quoque veniam impetraturum ſpero, Adoleſcentibus vt ſcribam: hoc eſt, Illud Argumenti genus tractandum ſumam, quod Muſarum

I. *Ingreſſus in librũ.*

officinas nuper ingressis, scitu inprimis videatur necessarium: & eâ Methodo, scribendiq; formâ vtar, quam & assequi illa ætas, & vsu quotidiano familiarem sibi facere possit. Equidem ad hoc me consilium suscipiendum, quid impulerit ne dissimulem: in politioris Litteraturæ tradendis pro suggestu præceptionibus aliquã multos versatus annos, vsu atque experientia comperi, hæc ferè capita, quæ hoc in opusculum manuarium coëgi, ab latinitatis studiosis Adolescentibus desiderari: *Vnde orta & dicta latina lingua? Quæ dignitas, vtilitas, Necessitas? Qualis illa quondam in Ortu, Progressu, Occasu? Qui Scriptores Aurei illius, & Ciceroniani Sæculi? Qui in Barbariem degenerantis? Quid de cuiúsq; ætatis Auctoribus sentiendum? Quid de singulis tam solutæ quàm ligatæ orationis? Quæ iudicia & Crises de vnoquóq; ? An solus Cicero legendus? Et post illum qui præcipue*

II. *Causa Scriptione huius.*

III. *Argumentum libri. Tum huius tum sequētis.*

cipuè? Pro Oratione, Historiâ, Epistolâ condendâ? Pro Carmine Heroico, Elegiaco, Lyrico, Tragico Satyrico, Epigrammatico pangendo? Quando, & quâ occasione ad interitum spectare cœperit Romanus nitor? Obseruationum barbararum farragines qui, & ex quibus auctoribus emendandæ? Qui maximè scopuli vitandi, illi, qui in Latium proficisci cogitat? Quæ præstanda, quæ fugienda emendatæ dictionis candidato? Quantum Græcanicæ linguæ studio tribuendum? Poetáne esse debeat, bene fieri latinus qui velit? Qui, & Quo ordine pro quauis facultate legendi Auctores? Continua styli exercitatio quantopere necessaria? Quod deniq; præcipuum ad litteras politiores subsidium & adiumentum? Hæc inquam, cum identidem in quęstionem vocarent, & ex eorundem declaratione aliquem mihi industriæ laborísque fructum referre viderentur Adolescentes, ad calamum ea i-

ipsa tunc memoriæ leuandæ causâ dictaui Eloquentiæ Studiosis Augustanis, quę modò vniuersis Societatis nostræ discipulis AD MAIOREM DEI GLORIAM communicanda existimaui. Neque hîc ego morabor admodum quid magna atque erudita ingenia requirant, quę eiusmodi adminiculis minimè indigent, suoptéque, quod aiunt, cortice natare possunt: cum animus mihi sit, docere hîc non Magistros, sed Discipulos: quibus & hæc ipsa fortasse videbuntur cognitu difficilia, atque operosa. Duo interim mihi quàm diligentissimè cauenda existimaui: Tibiq; priusquam ad alterum libri caput progrediamur notanda. Primum, in censuris Auctorum nihil ferè, aut certè perparum de meo me addidisse; Sed aliorum plerúmque verbis ac iudicio vsum: In quibus ipsis penes Lectorem erit, sequi quod volet. Secũdùm, illa Vocabula, quæ alij BARBARA,

IV. Modus intra quem scribendi ratio.

BARA,

BARA, alij, SORDIDA, alij minus polita aut LATINA appellant, non sic damnare me, quin aliqua illorum defendi fortasse, inque Latinis aut classicis, hoc est communi doctorum virorum iudicio probatis Auctoribus reperiri posse concedam: quæ ipsa, eâ quoque auctoritate reddidi, & infra adscripsi, quâ accepi Ex quibus hoc saltem vtilitatis Iuuenes opinor capient: vt discant non qualibet dicendi formâ contenti esse; sed alia aliis melius, latinius, elegantius posse efferri. Atque ego quidem hanc maximè linguę Romanæ addiscendę viam ignorantibus monstrandam censui Tu, si quam compendiosiorem, tutiorémque nosti, illa securus perge: nobis hac ire placuit. Consilium enim nostrum vt dixi, non est, eos ducere conari, qui regiam ipsi norunt; sed istos tantùm, qui ætatis, eruditionísque defectu, manu adhuc indigent alienâ, & face quacúnque

Libro II. de Occasu Linguæ.

V. *Finis totius huius Opusculi.*

que in tantis ignoratæ Latinitatis tenebris iuuari possunt. Quæ maturè & in vestibulo constitutus moneo, ne in ipsa penetralia ingressus, plus tibi promiseris, quàm reperias. Verbo, breuis, perspicuus vtilis esse volui.

Ter centena quidem poteras CAPITA ardua ferre:
Sed quis te ferret, perlegerétq; liber?
At nunc succincti, quæ sunt bona, disce libelli.
Hoc primum est, breuior quòd mihi charta perit.
Deinde quod hæc vnâ peragit librarius horâ,
Nec tantùm nugis seruiet iste meis.
Tertia res hæc est; quòd si cui fortè legeris;
Sis licet usq; malus, nō odiosus eris.
Esse tibi tantâ cautus breuitate videris:
Hei mihi, quàm multis sic quoque longus eris?

Martial. lib. 2. Epi. 1.

In

In tanto præsertim optimarum artium fastidio, & tædio malè feriatæ Iuuentutis. Sed ad ipsas iam Cunas, Natalem, Patriam, Nobilitatem, & Vsum Linguæ Latinæ promoueamus.

CAPVT II.

Cunæ, Natalis, Patria, Nobilitas, & vsus Linguæ Latinæ.

NAta primùm est, atque è cunabulis quodammodo, progressa *Latina* Lingua, in Latio: illa videlicet Italiæ regione, quæ est inter ostia Tyberis, & Circeios. Latium autem dictum ab antiquis est, quod ibi Saturnus, cum Iouem filium fugeret, latuerit, sic attestante Peligno Vate.

Plin. lib. 3. cap. 5.

LATIVM *patria Latina Lingua.*

Ouid. lib. Fast. 2.

Dicta quoq; est Latium terra latente Deo.

Inco-

Liu. Dec. 1. Lib. 1.

Incolæ huius oræ *Aborigines* primò vocati: deinde ſeu à loco, ſeu rege loci Latino, qui Lauiniam filiam ſuam Æneæ poſt excidium Troiæ in Italiam appulſo vxorem dedit, *Latini* ſunt appellati, à quibus ipſa quóque lingua, nomen traxit. Nuncupata eſt eadem & *Romana*: quòd Romani occupato Latio eandem vulgò vſurparent, excolerent, & ad poſteros in noſtra úſque tempora cum ipſo imperio propagarent.

Vnde Romana dicta.

Tres ſolum ex tam variis variarum gentium linguis *principes* ſtatuunt Eruditi: *Hebraicā* ſanctiſſimam, *Græcam*, elegantiſſimam, *Latinam* grauiſſimam: ex quibus hanc ipſam qua de agimus, non immerito Reginam appellare quis poſſit, tres potiſſimum ob cauſas. Primò, quia in Cruce & Inſcriptione Chriſti habuit digniſſimum, honeſtiſſimúmque locum: vtpote, quæ Carni Dominicæ ipſiúſque adeò Seruatoris capiti ſanctiſſimo fuerit propin-

Regina omnium Linguarum Latina.

Card. Baron. Tom. I.

pinquior. Deinde quia, vt Grunerus, inquit; *Huic omnia ſapientiæ monumenta, omnium mortalium geſta, & cogitationes mandata, artes omnes poſteris traditæ, & à Litteratiſsimis, eloquentiſſimisq; viris ſummo ſemper in pretio eſt habita.* Poſtremò quia hæc eſt Lingua matris noſtræ dulciſſimæ, Eccleſiæ Catholicæ: adeóque cum certum ſit ex oraculis diuinis, *nec Apicem, nec iota vnum de lege periturum*, certum quóque eſt Linguam Romanam immortalem quodammodo fore non minus quàm ipſa ſacra BIBLIA: cùm ſit, Verbum Domini, quod vt diuinæ loquuntur litteræ, *manet in æternum.* Quare cum nulla alia Lingua, præter hanc Romanam toto terrarum orbe ſit communis & vulgaris: facilè eius perpoliendæ, perdiſcéndæque apparet neceſſitas: quandoquidem, vt dictum, hæc ſola *Canonica* eſt ſeu Diuini Verbi nacta auctoritatem: in eóque non

Cap. 1. Introduct. ad Eloq.

Matth. cap. 5.

Pſa. 116.

Lingua Latina Immortalis.

alio

alio Idiomate, Religionis nostræ Mysteria sanctissima, necesse est pertractari.

Capvt III.

Quatuor Linguæ Latinæ ætates: Infantia, Adolescentia, Virilis, & Senilis.

Ætas I. Infantia. *Lingua Latina.*

PRima fuit linguę Latinę quędam quasi *Infantia*, & antiquissima ætas. Quæ inchoata primum post Romam Conditam, per quingentorum quatuordecim annorum spatiũ, vsque ad Liuium Andronicum perdurauit. Quo toto tempore, tametsi multi docti viri extiterint, pauca tamen scripserunt, quod, vt *Salustius* inquit, *Optimus quisq; facere, quam dicere maluit.* Extant huius ætatis fragmenta passim apud Gellium, Fe-

In Coniur. Catil.

Festum *Pompeium* ac Priscianum.

Ætas secunda, seu Iuuentus latinæ linguæ *Antiqua* dicta est: à Liuio minorum Andronico (qui primus publicè Latinas litteras Romæ docuit vsque ad Ciceronem. Atque hæc ætas centum aut circiter annorum interuallo constat; intra quam, teste *Ciceron*e ex *Bruto*, floruerunt isti. II. IVVENTVS.

ORATORES.

Corn. Cethegus
M. Cato
C. Lælius.
P. Scipio.
Gracchi Fratres
A. Mutius Scæuola
L. Crassus
M. Antonius.
Philippus
Cotta &c.

POETÆ.

Ennius

Næ-

Nauius
Plautus
Cæcilius
Paccuuius
Actius
Lucilius &c.

Etsi verò iam tum ex *Infantia* quodam̃odo adoleuerit Latina lingua, stylus tamen istorum adhuc horridior fuit, sine delectu, sine numeris: verba etiam habuêre multa, quæ sequens ætas prorsus repudiauit; certè limauit: Vt: *Adolabitis* quod est, sine dolo apud Ennium: *Alimodi*, pro Aliusmodi apud Festum: *Alteràs*, pro aliàs, apud eundem: *cautim, cogitatim* pro cautè, cogitatè: *discorditas*; *extrabunt*, pro exib[illegible]: Fitum est, pro Factum est: *Futabat* illic; pro sæpius fuit: Non Sette, te facio, id est: nihil, apud Festum: *Lætitidio*, lætitia: *Minerrimus*, minimus: *oximè*, ocyssimè: *Peruicus*, Peruicax: *similitas*. *solitas*: similitudo, solitudo: & sexcenta alia. Ter-

III. VIRILIS.

Tertia & *Virilis* ætas ipſo cum Cicerone cæpit: & non diu poſt eundem, cum Auguſti morte terminata eſt. Habuit ergo aureum hoc latinitatis ſæculum, octoginta, aut non multò plures annos. Et quia præſtantiſſima omnium liberalium artium ingenia hac ætate floruêre, idcirco dicta eſt Perfecta: in qua vnus M. T. Cicero familiam ſic duxit, vt non modò princeps, verùm etiam Vox ipſa Eloquentię cęleſtiſque in dicendo vir à Quintiliano appellaretur.

XVI. Christi Anno Ita Baro. Tom. I. Annal. r. ortem Augusti ponit.

CAPVT IV.

Qui Aurei, & Latiniſsimi ſeculi Scriptores.

SCriptorum Aurei huius æui, qui auream ad ætatem peruenerunt, aciem ordinémque acri iudicio Poeta & Criticus Baſilius Sanchius Bergo-

gomas commodè ſic digeſſit, vt ſuo quique loco pro dignitate videantur collocati.

Apud Andr. Schott. Tull. Quæſt. lib. 1. cap. 14.

ACIES I.

ORATORVM ET HISTORICORVM,

Seu eorum qui pro ſoluta oratione ſeruiunt.

I. M. TVLLIVS CICERO.

II. C. JVLIVS CÆSAR.

III. P. TERENTIVS.

IV. AVR. CORNELIVS. CELSVS.

V. L. IVNIVS COLVMELLA.

VI. Q. TVLLIVS CICERO.

VII. AVLVS HIRTIVS.

VIII. Q. CORNIFICIVS.

IX. CORN. NEPOS.

X. P. SYRVS MIMVS.

XI C. SALVSTIVS CRISPVS.

XII. AVCTOR LIBRI DE BELLO HISPANIENSI.

XIII. M. TERENTIVS VARRO.

M. TE-

M. PORTIVS CATO. XIV.
M. PLAVTVS. XV.
Q. ASCONIVS PEDIANVS. XVI.
T. LIVIVS. XVII.
M. PORTIVS LATRO. XVIII.
M. VITRVVIVS. XIX.
IVLIVS HYGINVS. XX.
M. ANNÆVS SENECA. XXI.
L. ANNÆVS SENECA. XXII.
POMPONIVS MELA. XXIII.
RVTILIVS LVPVS. XXIV.
VELLEIVS PATERCVLVS. XXV.
Q. CVRTIVS. XXVI.
M. FABIVS QVINTILIANVS. XXVII.

Et hic vltimus octoginta circiter annis post Ciceronem vixit.

ACIES II.

POETARVM

C. VAL. CATVLLVS. I.
P. VIRGILIVS MARO. II.
ALB. TIBVLLVS. III.
Q. HORATIVS FLACCVS. IV.

T. LV-

v. T. LVCRETIVS CARVS.
vi. SEXT. AVRELIVS PROPERTIVS.
vii. P. OVIDIVS NASO.
viii. GRATIVS.
ix. GERMANICVS CÆSAR.
x. CORN. SEVERVS.
xi. C. PEDO ALBINOVANVS.
xii. M. MANILIVS.
xiii. AVGVSTVS CÆSAR.
xiv. CLOD. SABINVS.
xv. ANNÆVS SENECA TRAGICVS.

Lipsius tres aut penè quatuor odoratur Auctores Tragœdiarum Senecæ.

IV. SENILIS *lib. cit.*

Ætas Quarta Latinitatis, deuexa quodammodo in Senium vergebat, atque in peius ruebat. *Sequor* dicta ab Andrea Schotto, & degenerans ad interitum. Durauit hoc ſeculum, à Domitiano Imperatore vſque ad Arcadium & Honorium Auguſtos: ab octogeſimo videlicet octauo à Chriſti partu, anno, vſque ad trecenteſimum quadrageſimum quintum. Diuiſio enim bifariam Orientis Occidentiſ-

cidentiſque Imperio Gothi, Hunni, ac Wandali barbariſſimæ gentes, in Europam infuſæ, vt antiquitatis monumenta euerterunt omnia, ſic & linguam Latinam penitus extinxerunt. Claruerunt autem hac ætate:

HISTORICI.

VAL. MAXIMVS,
PLINIVS VTERQVE.
SVETONIVS,
CORN. TACITVS,
L. FLORVS,
SOLINVS,
A. GELLIVS,
MACROBIVS,

POETAE.

PERSIVS,
LVCANVS,
IVVENALIS,
STATIVS,
MARTIALIS,

SILIVS ITALICVS,

Et paulò pòst.

CLAVDIANVS
PRVDENTIVS.
Poeta Christianus.

Caput V.

Quis Genius & Usus singularum Linguæ Romanæ ætatum.

I. PRima & antiquissima illa ætas, in qua ceu *Infantes*, balbutire Latini cæperunt, vix nobis vsui esse potest: partim, quia præter rudera quædam dictionis impolitæ, in Auctoribus & Columnis nihil extat: partim, quia si extarent etiam, vt exoleta iam, & inusitata forent vel relinquenda, vel iis cõditionibus quas mox nominabimus, vsurpanda.

II. In secundæ seu Antiquæ ætatis Au-

cto

ctoribus habendus delectus, & iudicium. Neque enim vero temerè vbique Ennio, Actio, Plauto, Pacuuio, Lucretio, aliisue, qui hac ætate supra à nobis commemorati sunt, vtendum. Potest tamen & istis apud prudentes esse locus aliquando.

I. *In graui aliqua inscriptione*, ad veterem modum meditatâ.

II. *In legibus condendis*, vt habeant maiorem auctoritatem. *Quando vtendum verbis priscis & obsoletis.*

III. *In Lugubribus rebus*, & *Epitaphiis*: vt ipsa verba quendam quasi mœrorem, & atrocitatem præ se ferant.

IV. *In Tragœdiis seu Comœdiis*, vbi similes modi loquendi, & Verba scænæ aut cothurno seruire possunt.

Porrò, quia Tirones linguæ, sæpè incurrunt in euolutione Auctorum, in eiusmodi antiqua & Andronici temporibus orta vocabula: vt ea & legere, & intelligere, &

(vti locus erit) fingere etiam ac formare possint; non oberit compendio huc inserere quæ doctissimus *Lipsius* de Vetere scripturâ posteritati reliquit.

Iustus Lipsius, de Scripturâ Veteri.

Differt igitur *Vetus scriptura*, à nostra; vel *Quantitate*, vel *Qualitate*: si ita loqui possumus.

QVANTITAS.

Cernitur, vel in additione, vel in Detractione. Tam Additio, quam Detractio aut Vocalis est, aut Consonans.

1. Additur Vocalis E. ante I. vt *Leitem*, pro litem. & O ante V. vt *Ious*, pro *Ius*. & vtrumque aliquando in vno vocabulo. Vt, *Ioudices*, pro Iudici. Interdum etiam. O. post V. vt *Queicuomq;* pro quicunque.

2. Additur Consonans in medio aliquando. V, *Quotiens* : *Exsigunto*: *alisquips*. pro Quoties, Exigunto, Aliquis. Aliquando additur integra

gra syllaba; vt *postidea*, pro postea. A fronte nonnunquam adduntur consonantes. Vt *Stlocus*, *Stlis*. locus, lis. Nonnunquam in fine Vt *Ead. Datod. Estod. Leibertated.* pro Ea, dato Esto. Libertate

3 Detrahitur autem vocalis ex Diphthôngis. Vt *femina* pro fæmina. Detrahitur etiam ex duplici consonante altera. Vt, *osa clase. Conubia. Tolito.* pro Ossa classe connubia. Tollito.

QVALITAS.

1. Hæc cernitur potissimùm in commutatione. Commutatio autem vel est in Vocali, vel consonante. Commutatur vocalis, & ponitur. E. pro I. vt *Leber*, pro Liber. Item V. pro I. vt *Maxume æstumata.* pro Maximè, æstimata. Item V. pro γ. Vt *Æguptus*, pro Ægyptus. *Lacruma* pro lacryma. Frequentius tamen O. ponitur pro V. vt *Porporea sop seruos.*

Censueront.pro purpurea.super. Seruus.Censuerunt.

2 Quandoque hæc commutatio cum superiore coniungitur. Vt *Soperstetebos*.pro superstitibus. Item pro V. longo vsi sunt Diphthongis O I & OE vt *Oitile Coeratores*. pro vtile, Curatores.

3. Commutantur quoque consonantes C. pro G. frequenter. Vt *Frucem, Lecere. Rocato*. pro frugem, legere, rogato.

4. Item D. pro L uel R. vt *Dingua, Fedetro*.pro lingua, feretro. Item F. pro B. sequente V. vt *At Virid*, pro ab viro. Q. pro C. vt *Pequnia*, pro pecunia. S. pro R. Vt *Asa. Nesu Casmen. Plusa. Maiose* pro Ara, Neruo, Carmen, Plura, Maiore. Item T. pro D. vt *Haut*, pro Haud.

5. In Compositis finalem præpositionis consonantem plerumque retinuerunt: vt *Conlegium, adsignare. Adtribuere:* Interdum Mutant: vt

Optinere pro obtinere. In quibusdam duplex commutatio fit; Vocalis & Consonantis. Vt *Rocom Flacitiom. Prodicos. Acrom. Fidios. Capiumptor.* pro Rogum, Flagitium, Prodigus, Agrum, Filius, Capiuntur. In quibusdam duæ vocales & vna Consonans mutatur. Vt *Centileom. Asuorsum. Plusebos.* pro Gentilium, Aduersum, Pluribus

6. Aliquando Quantitatis Metaplasmos coniunxerunt. Vt *Iousius. Poplei. Deicundo. Addeictos.* pro Iussus, populi, dicendo Addictus. Interdum addiderunt Metaplasmum qualitatis, vt *deicedo*, pro decedo.

7. Detractio & Commutatio copulata nonnumquam est, commutatione interdum sequente, vt *Adecito. Prasetebos.* pro Addicito Præsentibus. Interdum præcedente, vt *Olo*, pro Illo. In quibusdam triplicatus metaplasmus est Vt *Populei, Præseted.* Pupilli præsente.

8. Præter superiora notabilem fecerant Notationem in nominibus, vt *Ipsos*, *Im*. *Oloe*, pro ipse, eum, ille.

In Verbo quoque actiuo. Vt. *Escit Escunt*, pro Erit, erunt. *Verberit Tagit*. pro Verberarit, tetigerit. *Pacont*. *Rupsit*. pro pepigerit, Ruperit. *Paret*. *Cepet*. pro pararit, ceperit. *Duit*. *Transduit* pro dederit, Tradiderit.

9. In verbo Passiuo etiam. Vt *Turbassitur*, *Fariator*, *Nancitor*. pro Turbatur Fari velit. Nactus fuerit. Item *Leibarier*, *Ortrer*. pro Libari, Vti.

10. Coniunctæ voces Interdum separabantur. Vt *Endo*. pro Endo. vt *Endo testato*. pro Intestato; *Endo ponito* pro Imponito. Et his similia.

11. Contra, separatæ aliquando coniugebantur. Vt *Statoleberum*. pro Statu liberum.

Cæterùm, in nimios admiratores, & imitatores antiquorum vocabulo-

bulorum illud eſt diſtichon.

Attonitúſq; legis terrai frugiferai:
Actius, & quidquid Pacuuiusque vomunt.

Tertia Ætas: Aurea inquam illa, quæ à Cicerone vſque ad Auguſti mortem, ſeu Chriſti nati annum decimum quintum circiter durauit, tota ſincera & bene latina fuit: legique omnes eius temporis Auctores inoffenſo pede poſſunt. III.

Quamuis enim nec illi quidem pares eruditione, ſtylo, & ingenio omnes extiterint: ſic tamen ſcripſerũt, vt forma Latinitatis meritò haberi debeant: ſtudio & imitatione exprimi à poſteris.

Ætas quarta: A morte Auguſti inchoata declinabat iam ad ſenium paulatim & Barbariem. Talis tamen fuit, quę neque contemni, neque negligi debeat à ſedulo politæ & eruditæ dictionis Sectatore. Vt enim aurei illius ſæculi ſcriptores, inquit IV.

Andreas Schottvs, ad imitandum proponendi, sic huius ad rerum cognitionem parandam legendi aliquando, formato iam Ciceroniano Stylo.

Tullianus quaestionum.

Capvt VI.

Quid de singulis Auctoribus censiendum.

QVamuis ex Ætatibus quatuor Latinæ linguæ facilè intelligi possit, quid de singulis scriptoribus sit iudicandum: dum in prima ætate, *Infantes* quodammodo balbutientes; in secunda *Adolescentes* crescentes; in tertia *Viros* maturos & perfectos; in quarta denique *Senes* iam, & à robusta Latinitatis sanitate quasi deflectentes, collocauimus: nihilominus tamen, vt quid tiro Romani Idiomatis de optimo quoque Auctorum existimare debeat, magis per-

perſpicuum fiat, de ſingulis Criſin ſeu Cenſuram grauiſſimorum virorum, ſeruato ferè ordine dignitatis huc apponemus.

CLASSIS.

Et Encomia eorum Auctorum, qui ad Stylum ſolutæ orationis perficiendum conferunt.

M. TVLLIVS CICERO.

EST M. Tullius conſentiente vniuerſo Mundo, Romanæ Eloquentiæ princeps & parens: quod ipſum teſtimoniis triginta amplius grauiſſimorum Auctorum, totum inquam ſecundo libro Tullianarum Quæſtionum ANDREAS SCHOTTVS SOCIETATIS JESV, Vir doctiſſimus demonſtrat: ex quibus nobis tres hoc loco ſufficiant teſtes locupletiſſimi.

Lib. 7. natur. Hist. cap. 30. C. Plinius Maior. Salue primus omnium Pater patriæ appellate: primum in toga triumphum linguæque lauream merite; & in facundiæ latinarumque litterarum studio parens. *Lib. 10. Institut. Orat. cap. 1.* Fabius Quintilianus. Non immeritò ab hominibus suæ ætatis regnare in Iudiciis dictus est Tullius: apud posteros verò id est consecutus, vt Cicero iam non hominis nomen, sed *Eloquentiæ* habeatur. Hunc igitur spectemus, hoc propositum nobis sit exemplum. *Ille se profecisse sciat, cui Cicero valdè placebit.* *Apud Schottum lib. 2. Tullian. Quæst.* Iacobus Pontanus. Ex hoc tanquam vberrimo omnium doctrinarum atque artium fonte, siue Grammaticum aliquid siue Rhetoricum, siue Dialecticum, siue Historicum, siue Poëticum siue Geographicum, siue Oeconomicum, siue Morale, siue Physicum, siue Morale, siue Physicum, siue Geometricum, siue Musicum, siue Astrologicum, quid-

quidquid denique ad vllam artem homine libero dignam pertinens requiras, hinc tibi assiduo haurire licebit. Ab hoc discunt pueri, Senes, priuati, Magistratus, rustici, vrbani, miseri, & calamitosi, beati, & fortunati, pauperes, & egentes, diuites, & abundantes, ignobiles & obscuri, nobiles & clari viri: ab hoc militares, & Sagati, ab hoc pacis alumni, & togati, ab hoc infimi, & humiles, ab hoc viri excellentes, & principes. Denique nemo est mortalium, cuiuscunque sit vel artis, vel loci, vel ordinis, vel fortunæ, vel studij, vel nationis, quin à Cicerone & melior, & doctior fieri possit *Huic insigni encomio præmittit idem eodem Dialogo.* Quis Magistrorum non mille colaphis puniendus censeatur, si Cicerone careat? cum Alcibiades tam ægrè ferendum sibi putarit, Magistrum illum, in cuius ludum intrauerat, carere Homero, vt manum ab eodem verberan- *Notanda verba.*

ran-

tando abstinere, nequiuerit.

C. IVLIVS CÆSAR.

Fabius Quintilianus. Si C. Cæsar foro tantum vacasset, non alius ex nostris contrà Ciceronem nominaretur. Tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, vt illum eodem animo dixisse, quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius propriè studiosus fuit, Elegantia.

PVBLIVS TERENTIVS.

Epistola 1. lib. 6.

Hunc Quinctilianus elegantissimum vocat. Petrus Victorius lepidum, amabilem, valdè vtilem ad linguam Latinam perdiscendam. Ausonius vt Vergilium Homero sic Terentium Menandro similem facit, eique præcipuam sermonis Elegantiam tribuit.

AVLVS CORNELIVS CELSVS.

An-

Antonius Posseuinus. In Cornelio Celso non medicina, sed stylus est spectandus. Summa in illo est breuitas, facilitas mira, verborum delectus, numerus, ac si quid aliud dici potest, quod Germanam Latinitatem sonat. Discant igitur studiosi (inquit PONTANVS) de rebus ad morbos & curandi rationem pertinentibus, ex eo latinè loqui, si quando vsus venerit: quod Vulgus medicorum, quorum Celsus est CICERO, non consueuit.

Biblio. lib. 14. cap. 17.

Idem ex eodem florilegiū confecit Dialogo: Volum. 3. parte 2.

ÆMILIVS PROBVS SEV CORNELIVS NEPOS.

Lambinus. huius filum Orationis subtile, pressum, limatum, planè Atticum, genúsq; dicendi natiuum, Purum, Elegans, Nitidum, non Elaboratum non longè arcessitum, non putidum, non insolens, neque teretibus auribus odiosum, sed planè Romanam simplicitatem ac munditiem

Præfat: commen: in eundem.

tiam referens ac redolens: quali ferè ſermone, aut Cæſar in commentariis ſuis vtitur, aut Marcus Tullius in Epiſtolis ad Atticum, & in nonnullis ad Familiares.

C. SALVSTIVS CRISPVS.

Orat. 9. *Volum.* 2. *Muretus.* Nobiliſſimus hiſtoriarum Scriptor Crispvs Salvstivs. Qvintilianvs conſentit. Illa Saluſtiana breuitas qua nihil apud aures vacuas poteſt eſſe perfectius. *Ad Muretum Gulielmus Sirletus Cardinalis.* Auctor tibi ſum, Murete, vt aliquem Hiſtoricum tibi ſumas explicandum hoc anno: ac ſi me audis non alium potius, quam Salvstivm Nam & egregiè loquitur, & grauis ac denſus eſt.

M. ACTIVS PLAVTVS.

lib. 1. *ca.* 7. *& alibi.* *Gellius.* Plavtvs verborum latinorum elegantiſſimus; Plavtvs homo linguæ atque elegantiæ in verbis

verbis princeps; PLAVTVS latinæ linguæ decus.

TITVS LIVIVS.

Politianus. Huius grauitatem orationis, átque maiestatem admirari pro meritis nemo potest. GEORGIVS TRAPEZVNTIVS. TITVS LIVIVS grandis circumductione supra quam dici possit, cum quâ tamen summa est claritas: fusus, æqualísque adeo, vt lacteo par flumini ipsius sit Oratio.

Epist. 2. lib. 5.

In Rhetoricis.

QVINTVS CVRTIVS.

Lipsius. Velut proprius principum scriptor, & assiduo in manu, sinúque habendus, qui me Iudice probus est, legitimúsque historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos. Adstrictus idem & profluens, subtilis, & clarus, sine vlla cura accuratus. Verus in iudiciis, argutus in sententiis,

Notis ad cap. 9. li. 1. politicorum.

tiis, in Orationibus ſupra quam dixerim facundus. IACOBVS PONTANVS. Scito ALPHONSVM Aragoniæ regem, cum grauiter ægrotaret, Lecto Curtio morbum depuliſſe: tanta illum voluptate ea lectio perfundebat, & inundabat. Quod exemplum idem Puteanus mirè amplificat, nec inſcitè.

VELLEIVS PATERCVLVS.

Initio animaduerſionũ in eundem.

Antiquus eſt Autor hic, & qui LIVIVM & SALVSTIVM videre potuerit, non æquare. Illius libelli duo, vt inquit Lipſius diſerti vbique, & Eloquentia quadam facili & profluente.

ANNÆVS SENECA RHETOR & PARENS.

Tull. Quæſtio: lib. 1. cap. 15.

Andreas Schottus. Iſte, meâ quidem ſententiâ, in Suaſoriis, controuerſiiſque adeò venuſtus eſt, atque eruditus, vt, cùm à Cicerone diſceſſero,

ſero, paucos illi comparem, antepo-
nam neminem.

MARCVS ANNÆVS SENECA PHILOSOPHVS & FILIVS.

Muretus. Diſertiſſimus idémque ſapientiſſimus Scriptor. Et alibi *Lipſius*; verba habet ſelecta, propria, ſignificantia: immò plus ſemper aliquid dicunt, quàm dicunt.

Varia: lib. 9. cap. 8.
lib. 1. diſſert. c. 8.

MARCVS FABIVS QVINTILIANVS.

Lib. 18. cap. 20.

Muretus. Me puero magnâ cum curâ exponebantur in Scholis M. F. QVINTILIANI INSTITVTIONES Oratoriæ, accurati admodum atque exquiſiti Rhetoris: neque quiſquam ſatis bonus dicendi Magiſter habebatur, qui non in illis vel præcipuè auditores ſuos exercere ſolitus eſſet. *Iouianus Pontanus.* Illa vel ſumma Quintiliani laus eſt, quòd diuinæ Cice-

In Antonio. Dialogo.

Ciceronis Eloquētiæ diligentissimus obseruator atque inspector fuerit. Quid enim quamuis acutè ab eo in dicendi arte præcipitur, quod non ex CICERONIS fonte haustum sit?

VALERIVS MAXIMVS.

Animad uer: in Cronicon Eusebij.

Non valde hic ab Auctoribus laudatur; vtpote, qui sequiore sæculo cum sequentibus vixerit. *Iosephus Scaliger.* Equidem multa notaui apud Valerium Maximum non bene latina, multa etiam ineptè affectata; optimum alioqui & vtilissimum scriptorem, & quem extare plurimum Reipublicæ litterariæ refert.

PLINIVS MAIOR.

Epist. 33. inter Policianaas Lib. 12.

Hermolaus Barbarus. Nisi extaret (PLINIVS) actum esset: tonderemus aquam omnes: profligata spes omnis esset! latinæ linguæ constituendæ. Nunc eo duce, quanquam semianimi & exangui viuimus. Adeũ omnia

omnia ferè ſcripta & dicta relegamus Cenſetur indoctus, qui Plinium non legit.

PLINIVS JVNIOR.

Catanaus. Dictio Plinij elaborata, perpenſa, reciſa, non effluens, non redundans: veruntamen plena, eloquens, in ſuo genere copioſa: magis Atticorum tarditatem effingens, neque ad Laconicam breuitatem concidens.

In comment. Ep. Plinij.

LVCIVS FLORVS.

Lipſius. LVCIVS ANNÆVS FLORVS compendium non tam Liuij, à quo ſæpe diſſentit, quàm rerum Romanarum ſcripſit, compoſitè diſertè eleganter. Subtilitas quidem, & breuitas in eo ſæpe mira, & ſententiarum quædam gemmulę cum Iudicio inſertæ & veritate.

Secund: Elect. cap. 5.

SVETONIVS TRANQVILLVS.

Lipſius.

Elect: 2. cap. 17.

Lipsius. Svetonivm Tranqvillvm non iniuria sæpe commẽdo iuuentuti. Verba vides? pura, tersa, propria. Filum totum orationis? breue, neruosum. Rem ipsam? vtilis pariter & iucunda historia est : & quod mihi caput, plena moris & doctrinæ antiquæ.

CORNELIVS TACITVS.

In præfat: ad Tacitum.

Lipsius. Scriptor hic est Lector, quem ego me produxisse tuo bono & lætor, & penè iacto, magnus, & qui propriè facit magnis. huic assentitur *Muretus*. In primis illud positum sit, quæ summa scribentium laus est, eam Tacito vno ore ab omnibus tribuit. Nullum vnquam scriptorem prudentiorem & consideratiorem fuisse: Siccam, & Sobriam esse illius orationem, adstrictam verbis, densam sententiis, nihil in eo notari posse diffluens, nihil inane, nihil redundans: singulis sæpe verbis singulas

Orat: 2. Volum: 2.

gulas sententias contineri.

SOLINVS.

In comment:

Ioannes Camertes. Imitandum sibi PLINIVM proposuit (SOLINVS) ita vt vniuersam eius ingentem imaginem, paruo corpusculo retulerit. Dulcis est, tersus, & elegans. In eo quæ Plinio plerúmque defuit, elocutionis claritatem reperies.

AVLVS GELLIVS.

Lipsius. Interest rei litterariæ, quàm emendatissimum illum scriptorem esse in manibus omnium. Multa & in verbis eius antiquitas, & multa in eo ex antiquis. *Lib. 4. Ep. 20.*

MACROBIVS.

Iouianus Pontanus. Ciceronem, si legisses MACROBI, non solum latinè loqui, sed rectè quoque de Scriptorum ingenijs, déque scriptis ipsis sententiam ferre didicisses. Græcus est natus iste ac proinde passim incidit *In Antonio Dialogo.*

dit in hellenismos, & græculus latinè balbutit. Plurima ex Gellio ad verbum descripsit.

IVSTINVS.

Apud Anton. Posseuinum Biblioth: lib. 16.

Carolus Sigonius. Res nationum externarum post hominum memoriam non indisertè enumerat, quòd ad Epitome scriptorem attinet; ordine tamen non ita recto.

CLASSIS

Et encomia eorum Poetarum, qui ad stylum ligatæ Orationis faciunt.

C. VALERIVS CATVLLVS.

Franciscus Floridus. In Iambis, omnibus latinis optimo iure prælatus est Catvllvs: vt in quibus & inuentione & nitidissimo verborum apparatu supra quàm credi potest emineat. In hendecasyllabis est imitabilis.

bilis. In Elegiis omnium latinorum candidiſſimus habetur. In Heroicis nemini à multis præterquam Maroni poſtponitur. Qui in multis etiam ſe Catulli imitatorem oſtendit.

P. VERGILIVS MARO.

Hunc Poëtam regem omnium poëtarum eſſe, ſatis conſtat. *Alexander Seuerus* auctore Lampridio Platonem poëtarum appellat: *Plinius* Vatem clariſſimum: *Velleius* principem carminum: *Marcellinus*, eminentiſſimum: Seneca, maximum: *Macrobius*, nullius diſciplinæ expertem: *Quintilianus*, Homero haud dubiè proximum.. *In Symbolis Verg. Iacobus Pontanus.*

ALBIVS TIBVLLVS.

Lipſius. Elegans cum primis Poëta TIBVLLVS, & in cuius puriſſimis ſcriptis natiua quædam & vernacula linguæ mundicia relucet. *Var. lib 1. cap. 21.*

Q. HORATIVS FLACCVS.

Lambinus. Poeta non vnus aliquis de multis. Sed Poëta omnibus numeris ſuis perfectus, atque adeò ſolus in latina tota lingua Lyricus: Satyrarum ſcriptor præſtantiſſimus: multiplici, & varia rerum copiâ refertus: illuſtri verborum ſplendore illuminatus: ſententiarum pondere grauiſſimus: ſcribendi elegantiâ politiſſimus ac puriſſimus: orationis figuris ornatiſſimus, in cudendis nouis vocabulis ſine inuidia fæliciſſimus: in græcorum loquendi generibus imitandis, cum prudentia iudicioque liberrimus, ac ſolutiſſimus: & cum libertate licentiáque cautiſſimus ac prudentiſſimus.

TITVS LVCRETIVS CARVS.

In Epiſt: ad Carolum nonum Gallarum regum.

Lambinus. Poeta eſt egregius ac præſtans Lucretius, Scriptórque omnium latinorum politiſſimus, venuſtiſſimus, elegantiſſimus.

SEXT.

SEXT. AVRELIVS PROPERTIVS.

Scaliger. Facilis inquit, candidus, verè elegiacus: tersior quam existimatus est à Criticis PROPERTIVS. Copiosius hunc nobilem Poëtam commendat IOANNES PASSERACIVS. Vt Homerus alium fingit Deorum esse sermonem, alium hominũ: sic aliud aliis Poëtis scribendi genus. Suum certè PROPERTIO propriũ, aut peculiare: valdè remotũ à consuetudine, sensúq; populari: subtile, pressum, limatum, floridum historiis variium fabulis, verborum & sententiarum crebris luminibus distinctùm, plenum exoticæ reconditæqúe doctrinæ.

In comment in eundem.

PVBLIVS OVIDIVS NASO.

Iacobus Pontanus. Quæ de huius omnium Poëtarum post Maronem præstantissimi ingenio, dóctrina,

Commentario in eundem.

Poesi à quàm plurimis ſcriptoribus & Auctoribus litteris prodita ſunt, ea nos olim perſtudiosè obſeruata, ac ſumma diligentia conquiſita partim in Triſtium, partim in Electorum ex Metamorphoſi commentario, collocauimus. Omnium ingeniorũ Compendium quidam non gloriosè magis, quàm verè nominauit Ovidivs: cui ſubſcribimus.

ANNÆVS SENECA TRAGICVS.

Hypercrit. *Scaliger* Nulli hunc Græcorum maieſtate inferiorem exiſtimo: cultu verò ac nitore etiam Euripide ſuperiorem. Inuentiones ſanè illorum ſunt: at maieſtas carminis ſonus, Spiritus ipſius.

PERSIVS.

lib. 1. cap. 17. collectan. *Ioannes Scoppa.* Persivs, quem Diuus Hieronymus Satyricum diſertiſſimum nuncupat, tantâ ſui temporis

poris malos & ſeditioſos acerbitate, ſalibúſque ſugillat. vt omnes merito vatis acumen, & laudent, & admirentur.

LVCANVS.

Gyraldus. Sunt quædam in LVCANO, quæ qui ſine Vergilij comparatione ſpectauit, ſatis magna dicat: quæ ſi cum iudicio atque delectu legantur, non indigna ſint imitatione.

De Poetar: Historia.

JVVENALIS.

Scaliger. JVVENALIS candidus, & Satyricorum facilè princeps. Nam eius verſus longè meliores, quam HORATIANI: ſententięque acriores, phraſis apertior. *Lipſius.* IVVENALEM poëtam à patre SCALIGERO in Satyra HORATIO præpoſitum, vidi, qui indignaretur. At ille me iudice, inter multa certi & elegantis Iudicij, nihil verius protulit.

Hypercrit.

lib. 2. Epist. 9.

STATIVS.

Hyper-crit. *Scaliger.* Maximus ille Poeta, simul is professò locis poetarum nulli secundus. Acutè dicta penè innumera &c. quæ sola satis esse possunt ad ineundam rationem contemplãdi cultissimi poetæ atque ingeniosissimi artificium. Neque enim vllus veterum aut recentium propius ad Vergilianam maiestatem accedere valuit. Etiam propinquior futurus, si tam propè esse noluisset. Sicubi naturâ suâ elatus: sic vbi excellere conatus est, excreuit in tumorem. At professò Heroicorum poetarum, si Phænicem illum nostrum eximas, tum latinorum tum græcorum facilè princeps. *Lipsius* non *tumidũ* illum sed *sublimem* appellat, altissimi oris ac pectoris poetam. Eius sunt hi versiculi:

Centur: 1 Miscella: Epist. 13.

Eccum Papinium, benigne Lector;
Quis hic Papinius? Poeta magnus:
Vel dicam potius, Poeta summus.
Certè proximus est Poeta summo.

Quod

Quod mecum fateatur ipse liuor.

Ioannes Bernartius. Vtilis & magnus, virilis, & grauis Poeta. In quo, quacunque incideris, vestigium pones in flore, qui delectat: vel in sententia, quæ informat. Nusquam non electa verba, casta latinitas, hilaris color, agentes figuræ sensus acres, similitudinum vitalis succus, vis alta, indoles rara, mira maiestas. *Præfatio num scholiorum in Thebaidem.*

M. VALERIVS MARTIALIS.

Scaliger. Epigrammatis virtutes peculiares breuitas, & argutia. Hanc CATVLLVS non semper est assecutus. MARTIALIS nunquam omisit. Multa sunt eius epigrammata diuina, in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est, versus verò candidi, numerosi, pleni, denique optimi. *Lib. 3. Poetar.*

SILIVS ITALICVS.

Gyraldus. Meo quidem iudicio *De Poetarum historia.*

Silii carmina sunt talia, vt sint cognoscenda quidē, sed non ad imitationem. *Muretus.* Silivm Italicvm Poetam meo quidem iudicio præstātem Ciceron s apprimè studiosum fuisse eiúsq; libros diligentissimè, & assiduissimè lectitasse, non modò Martialis qui eius coæuus fuit, testimonio cognoscimus: sed multò magis ex eo intelligimus, quòd eum multa Ciceronis, in Poëma suum transtulisse, eáque scienter admodum accomodasse, ad illa quæ tum tractabat, videmus.

AVSONIVS.

Elias Vinetus. Nullam disciplinarum ignorauit hic Poeta, omnes Latinos Græcósque scriptores, quorum maior pars intercidit, ad vnguē nouit. Hinc in eius scriptis multa se ostendit & varia eruditio.

In comment. ad eundem.

CLAVDIANVS.

Petrus Crinitus. Ingenio excellenti maximéque aptus ad carmen

De Poetis latinis lib. 5. c. 86.

com-

componendum CLAVDIANVS. Nã & assurgit feliciter, variisque figuris & sententiis mirificè delectat: vt videatur à naturâ ipsâ instructus ad Poeticam facultatem. *Scaliger*. Maximus Poeta CLAVDIANVS, solo argumento ignobiliore oppressus: addit de ingenio quantum deest materiæ. Felix in eo calor, cultus non inuisus, temperatum iudicium, dictio candida, numeri non affectati, acutè dicta multa, sine ambitione. *Hyper. crit.*

AVRELIVS PRVDENTIVS.

Petrus Crinitus. Leguntur adhuc (Prudentij) poemata multiplici ac vario genere carminum composita: quibus facilè probari potest cum pro conditione temporum maximè præstitisse inter Poetas Christianos: non modò eruditis verborum figuris, sed etiam grauitate sententiarum. *lib. 5. de Poetis latin. cap. 1*

SIDONIVS APOLLINARIS.

haud omnino contemnendus autor

in legendis atque obſeruandis antiquis ſcriptoribus, cum loquitur de PRVDENTIO minimè dubitat illum HORATIO adungere.

CAPVT VII.

Quid de ſcriptoribus recentioris ſeculi exiſtimandum.

Noui ſcriptores quomodo legendi.

QVos præſenti capite ponemus Scriptores, recentioribus plerique ſæculis floruerunt: in quibus legendis magnum eſt adhibendum iudicium, magna cautio. Quorum quidem hîc Elogia collocare placuit; non tam vt imiteris in quolibet quidlibet quam vt cognoſcas, quid graues viri de vnoquoque illorum cenſuerint.

SO-

SOLVTÆ ORATIONIS AVCTORES.

LACTANTIVS FIRMIANVS.

Xyſtus Betuleius, Dedit Chriſtus etiam ſuę quondam EccleſiæDemoſthenes, aliquos, atque Cicerones, Dedit Græcis Baſilios, Gregorios, Clementes, Chryſoſtomos, Euſebios, Theodoretos, & alios plurimos. Dedit latinis Lactantium, quaſi quẽdam fluuium Eloquentiæ Tullianæ, vt vocat HIERONYMVS ad Pamachium: & ante hunc, Minutium fælicem. Duriora, & Africanum quiddam redolentia ſunt Cypriani, Tertulliani, & Arnobij ſcripta, quæ durities etiam in Auguſtino notatur. Poſt LACTANTIVM diſertiores habentur inter Eccleſiaſticos, HIERONYMVS & AMBROSIVS: puritate tamen ſermonis cum eo conferendi nō ſunt. Hinc Chriſtianorum Cicero quibuſdam dicitur. *Initio commen.*

M. ANTONIVS MVRETVS.

Ex Elogiis Gallorum.

Iacobus Pontanus. Quis non miretur hominem Gallum, & quidem in Lemouicibus natum, ſuo ipſius ingenio, & ábſque vllâ præceptoris operâ eruditum, tantos in litteris feciſſe progreſſus? vt præter exactam Græcæ linguæ ſcientiam, ipſis etiam Italis peculiarem illam Latini Sermonis laudem eriperet: neque verò id MVRETVS in oratione ſoluta ſolũ, ſed in verſibus etiam aſſecutus eſt: in quibus tam erat CATVLLO ſimilis, quam CATVLLVS ſibi. *Lipſius.* Quem

Varia: 1. cap. 2.

ego virum natum his ſtudiis iuuandis, honoris causâ nomino: *& alibi idem.* Cuius ſcripta Venus inhabitat pariter cum Muſis.

In primo Annaliũ Taciti.

PETRVS JOANNES PERPINIANVS.

Ex Bibliotheca Hiſpanica. Magna planè & mirifica in eo ad Eloquentiam indoles extitit; ſic prorſus, vt flo-

florente adhuc ætate, omnium suffragiis, non in disertorum modò, sed in Eloquentium etiam numerum perueniret. Nam & adolescentulus in Lusitania cum primis dicendi laude floruit. & in Italiæ Galliæque luce spectatus, ingenij gloriâ sic excelluit, vt paucos haberet pares, superiorem fortasse neminem. Omnino illum ad Tullianum orationis genus natura ipsa ducebat.

PAVLVS MANVTIVS.

Muretus. PAVLVS MANVTIVS dixit de Epistolis Ciceronis ad Atticum, nullos libros eiusdem Ciceronis rarius in scholis legi: nullos legi posse vtilius. Ipse CICERONEM sic exprimit, vt à Cicerone mortuo non alium, qui diuinam illam Eloquentiæ vim accuratius imitatus sit, habeamus dicere. Et elegantissimis commentariis suis tantam lucem Ciceroni attulit, vt nesciam plus ne ipsi *Variar: lib. 1. cap. 6.*

Cicero, an ipſe Ciceroni debeat.

GVLIELMVS BVDÆVS.

Ex Elogiis Gallorum. Omnium qui hoc patrúmque ſæculo vixêre doctiſſimus. Quanquam quid opus eum celebrare, cuius fama in excelſo & illuſtri loco poſita, omnes omnium nationum homines in admirationem ſui quotidie conuertit?

IVSTVS LIPSIVS.

Muretus, *Schottus*, & alij Senatus litterarij principem appellant Lipsivm: clariſſimum huius ſæculi lumen. De ſtylo huius ſic cenſet Jacobvs Pontanvs. Ad ſtylum, genus, ſeu genium ſeu formam eius ſcribendi, quòd attinet, manifeſſimum eſt, propriam, & cum nullo ſibi condidiſſe communem quæ à Cicerone, quem pro Aſiatico ducit, longiſſimè recederet, & ad Atticiſmum accederet. Sic ipſe Epiſt: 10. Centuria

M. S. Codice.

Mi-

Miſcellanearum: *Ciceronem amo, olim etiam imitatus ſum : alius mihi ſenſus nunc viro, Aſianæ dapes non ad meum guſtum, Atticæ magis.* Quare Quintilianum, & quicunque ad imitationem Ciceronianam ducunt, nõ audit LIPSIVS: irridet item *Iuuenes*, qui ſe æmulari conentur, & malè atque infeliciter conentur. *Quam multi* inquit, *in iuuentute nos æmulantur? & rideo. Quia aut à me procul illi, aut procul ego certè à vero.* Ex his duobus mi lector (addit PONTANVS) facilius ego vtrumq; conceſſerim, quàm alterutrum negauerim.

BARNABAS BRISSONIVS.

Lipſius. Quis Muſas mouit, & Briſſonium non nouit? *Epiſt. Lib. 2. Epiſt. 17.*

CHRISTOPHORVS LONGOLIVS.

Paulus Manutius. Si quando quid de ſcriptis LONGOLII exiſtimem, inter- *Epiſtola 4. lib. 1.*

terrogor, ita soleo respondere. Exilem esse in sententiis: non luculentũ in verbis: vt tamen de eo, si vitæ contigisset vsura diuturnior, bene censeam sperandum fuisse.

PETRVS BEMBVS.

De Poetar: recent. dialogo I.

Gyraldus. Bembi fuit mira semper in imitandis auctoribus optimis facilitas, vt non Bembum plerumque loquentem, sed quem ille sibi proposuerit, vel audire, vel legere videamur.

MARTINVS DELRIVS.

Iacobus Pontanus M. S. Cod.

Fuit Martinvs Delrivs variâ eruditione & litteris perpolitus. In quibus Sic Theologum agit, ait *Pontanus*, vt eum aliud præterea studium nullum tractasse iudices: rursus sic se peritum humanitatis ostendit, vt nos in eo genere litterarum peritiorem vix quemquam habuisse confirmare ausim; & in legibus ac iure ciuili quantos habuit progressus? Græcè iuxta, ac Latinè & Hebraicè scientissimus.

FRAN-

FRANCISCVS FABRITIVS.

Andreas Schottus. Diligentia (Sebastianum Conradum in quæstura) & accuratione parentum memoria superauit. F. FABRITIVS Belga edita Ciceronis historia, per annos vrbis conditæ consulares: quo libello nihil fingi venustius poteſt aut vtilius, ad interpretandum cognoſcendúmque Ciceronem. *Tull. Quæſt. lib. 4. c. 2,*

FRANCISCVS BENCIVS,
Famianus Strada. *Ex lib. 2. prolus. Academicarũ.*

Benci ſeu libeat pugnacis fulmina linguæ
Vibrare in ſontes, tonitrúq; arcere nocentes,
Seu liquido curſu, puróque ſimillimus amni
Verba per vmbroſas malis deuoluere ripas,
Et victura ſuis inſcribere nomina plantis:
Seu iuuet argutas in nodum cogere voces,
Et totũ Aonio carmen deducere cliuo:
Nil æquale tibi eſt. &c.

FRAN-

FRANCISCVS PETRARCHA.

De Poetis dial. 5.

Etiam de hoc sui sæculi homines sensere aliquid, posteriores non valde suspexerunt. *Gyraldus.* Præter ea, quæ soluta oratione conscripsit, carmina quoque edidit; In quibus etsi iudicij appareat minus & limæ, multum tamen Poetici spiritus habere videtur. In eo quod temporum fuit inuidia, si quædam nimis oscitanter & frigidè dicta mutentur, & redundans superfluénsque mutatio cohibeatur, atque omnino aliqua arte limetur, in aliquo poterit Poetarum numero haberi. Certè ex Africa sua, quam Heroico carmine composuit, in Capitolio Romano laurea Poeticâ donatus est.

L. APVLEIVS.

Adiungamus huius quoq; asinum cum generosis equis, cum quo (vt Budæi verbis vtar, qui illum vix semel

mel idque etiam contemptim legisse dicitur) rudere hoc sæculo nonnulli suo iudicio nimium tribuëtes, quàm cum Cicerone loqui præoptant. *Epist. lib. I.*

I. Quis ergo APVLEIVS? primùm de se testimonium ipse dicat: qui operis initio, *latinæ linguæ se rudem atq; imperitum fatetur, aduenámq; studiorum Quiritium*; vt Afrum, αὐτοδίδακτον nullo magistro præeunte latinè didicisse ærumnabili (vt ipsius verbo vtar) labore.

II. Secundum dicat *Iustus Lipsius*. De APVLEIO nonsum nescius quid vulgus hodie sentiat, & quid melior doctorum ordo. Nam stylum eius quod ineptum esse volunt, fateor in parte (nec enim asperitatem illam & horrorem quæsitę dictionis vsquequaque excuso) sed tamen docte ineptit. *Elect. 2. cap. 21.*

III. Melius censet tertius iste. Adhibet Epitheta (ait MAIORAGIVS) longè petita, nimis crebra, vnde orationem frigidam & affectatam efficit, & Poetæ quam Ora-

Oratori ſimilior. Quam pueriliter ludit in illis, & ſimilibus helleniſmis: *ardua montium, lubrica vallium, roſcida ceſpitum, globoſa camporum* &c? ad Ciceronem, inquit ille, in Ciceroniano, eſt vt Graculus ad Luſciniam.

IV. Quartus teſtetur ANDREAS SCHOTTVS. Ænigmata quoque legere te credas, ac Griphos. Attellanæ fabulæ, dum in manus ſumis APVLEIVM Mileſiarum Auctorem, & philologiæ ineptias Martiani Capellæ.

Aſinus ad Lyrã.

JACOBVS PONTANVS.

Fuit IACOBVS PONTANVS (cui nuper ex humanis ſublato Præceptori optimo hæc iuſta debeo) Græcè, æquè, ac Latinè doctus, omniúmque benède litteris cultioribus exiſtimantium ſententiâ, vir noſtri ſeculi in paucis diſertus. Quod meum de Pontano iudicium confirmant, non amici modò, ſed & aduerſarij, quíque ab Eccleſiâ Romanâ alieni, à Romanâ Linguâ, Pon-

Pontaníque commendatione,&non perfunctoriâ deprædicatione alieni esse non possunt:adeò obstare, aut obesse Vero,ne inuidia quidem potest. Doctissimus certè *Lipsius*, cuius dicendi character à Pontani haud dubiè plurimum abludit, virum & suspexit, & amauit; quod non obscurè in Miscellaneâ his ad eum verbis significauit. *In summo hoc frigore, cuius ego quidem impatientissimus sum, calfecit me tamen amica tua scriptio, mi Pontane; & excitauit non ad scribendum solum, sed ad redamãdum. An non talem virum? inclino iam diu, & ipse, quod tu voluisti, volui, ex quo scripta tua prima vidi: quod fuit Augustæ Treuirorum, ex dono, & beneficio Principum Bauariæ, quos transiens ante Septennium illic salutaui. Ab eo tempore, credes mihi hoc Pontane, & memoria tui inhæsit, & probatio.* Quod suum iudicium litteris ad Matthæum Raderum datis

Inst. Lipsius cent. Miscel. Epist. 34.

tis magis confirmauit. Cùm enim eâdem Miſcellaneâ hæc præmiſiſſet: *Amicum me toti* SOCIETATI *veſtræ eſſe, quid ni profitear? quæ prima literis his, aliiſq; me imbuit: quæ ſalutaria in omnem vitam præcepta dedit, & præbuit. Amo hoc corpus, amo & membra: Hæc inquam, cùm præmiſiſſet, ſubdit: ſi quid vltra ſcire me putas, pete: non grauabor reſpondere; & certè, te amare, vnà etiam* PONIANVM, *eruditum, & diſertum virum, collegam tuum, quem ſaluto.*

Epiſt. 30.

LIGATÆ ORATIONIS Scriptores aliqui recentiores.

HIERONYMVS VIDAS.

De Poet: noſtri temp. dial. I.

Gyraldus Vnus eò peruenit, quò ſine Græcis, duce in primis Vergilio, peruenire Poeta poteſt: adeò, vt à maleuolis ſurripere ne dum ſum-

ſumere dicatur : in nullo certè Maro magis deprehenditur : hanc ille incudem die noctúque tundit : vni inſiſtit ; vaſtus illi animus átque Poeticus : præcipua eius, vt mihi quidem videtur, virtus, excellens ac mira quædam in poeticis materiis diſponendis illuſtrandíſque felicitas.

JACOBVS SANNAZARIVS.

Commendandus hic Poeta videretur, ſi eſſet purgatior. Præcipuè tamen in eo legi vtiliter poſſunt, quæ ſcripſit de Partu Virginis. *Gyraldus.* Eius ingenij exquiſita quædam monumenta legi & in primis piſcatorias Eclogas, nonnulláſque Elegias & Epigrammata : in quibus quædam ſunt omni laude digna : vidi & quoſdam Virginei partus Heroicos, in quibus vt ſic dicam Statarius Poeta videri poteſt. *De Poet. noſtr. temp. dial. 1.*

Non

Non enim verborum volubilitate fertur: sed limatius quoddam scribendi genus consectatur, & limâ in dies atterit: vt de illo non ineleganter dictum illud Apellis de Protogene, Pontanvs vsurpare solitus esset: *Eum nescire manum de tabula tollere.*

BOETIVS SEVERINVS.

Hipercrit.

Scaliger. Quæ libuit ludere in Poesi, diuina sunt. Nihil illis cultius, nihil grauius. Neque densitas sententiarum Venerem, neque acumen abstulit candorem. Equidem censeo paucos cum illo comparari posse.

Apparat sacri. lib. 1.

Posseuinus. Floruit Boetius doctrinâ, eloquentiâ, sapientiâ, pietate, martyrio?

MAPHÆVS VEGIVS.

Iouius. Heroico spiritu Maronem feliciter æmulatus, cum Æneidem addito libro suppleuisset, omnes ferè à mille annis illustres Poetas,

tas, ne excepto quidem Petrarcha laureato, præclarâ cum laude superauit.

SIDONIVS APOLLINARIS.

Doctus omnino, & magnus vir: sed cuius stylus cataphractus quodammodo, horridus, & à latinâ suauitate, alienor.

LÆVINVS TORRENTIVS.

Efferant Bembos, Pontanos, Flaminios Itali, attollant cæteri suos: nos Torrentium vel ipsorum Italorũ Iudicio Lyrici carminis post Horatium principem laudemus: qui perennis perpetuíque torrentis instar, sacra carmina ad extremam vsque ætatem mirâ vbertate profudit. Lyricis enim versibus de Partu Virginis cum Iacobo Sannazario de palmâ contendit. *Ex Elogiis Belgarum.*

BAPTISTA MANTVANVS.

De Poetar: post: temp: dialogo I.

Gyraldus. Laudo institutum piúmque propositum: verum extemporalis magis, quàm Poeta maturus. Extant illius versus penè innumerabiles, ex quibus apud vulgus & Barbaros quosdam laudem tantam est adeptus, vt vnus propè Poeta & alter penè Maro habeatur. At bone Deus, quàm dispar ingenium? *Ioannes Picus*. Legi quæ scripsisti diuina illa scilicet átque Sanctissima Poemata tua, in quibus ea rerum Maiestas, ac is splendor Eloquentiæ, vt certatim in illis palmam vendicare verba atque sententiæ videantur. Felix qui velis optima, eadem possis.

Scripta ad eum Epist:

MICHAEL VERINVS.

Ex Biblioth: Hispan.

Ad Poeticam natura ferebatur, ingenio summo, vixissétque modò (octodecim enim annorum Adolescens mortuus est) Catullos, Propertios, Martiales æquasset. Verecundus & castus, Poesin profanis hominibu

bus extortam, Christo consecrauit.

FRANCISCVS REIMVNDVS.

Suauiorem, faciliorem, planioremque Epigrammatographum vix leges, ex nouis: quique Catullianum mel, & flores magis redoleat. Elegiæ illius non minus commendabiles: idque solum dolendum, plura in eo genere non edidisse.

ANDREAS NAVGERIVS.

Gyraldus. Cum inferiores & reconditas litteras assectetur, non minus est, vt scitis, elegantissimus Poeta. *Scaliger.* Naugerij stylus generosus totus: semper enim aliquid vult, quantum potest. *De Poetar. nost. temp. dial. 1. lib. 6.*

BERNARDVS BAVHVSIVS.

Epigrammatis virtutes feliciter omnes penè expressit. Est enim tersus, acutus, facilis, varius, vrbanus: &

vt verbo dicam, propè ad hoc genus scriptionis natus Poeta.

GERMANVS BRIXIVS.

Iouius. In Poesi lauream meruit latino carmine edito, De trium ingentium nauium miserabili conflagratione.

GABRIEL FAERNVS.

Nodis Cicero: lib. 1

Andreas Schottus. Accuratæ vi diligentiæ in Auctoribus tractandis. Centum ni fallor Æsopi fabellas eleganti & vario carmine, Phædrum imitatus, expressit.

ANDREAS ALCIATVS.

Hypercrit.

Scaliger. Alciati Emblemata talia sunt, vt cum quouis ingenio certare possint: dulcia sunt, pura sũt, elegantia sunt: Sed non sine neruis. Sententiæ verò tales, vt etiam ad vsum ciuilis vitæ conferant.

JOANNES PICVS.

Gyraldus. Dignus qui in hac clas-

s

ſe Poetarum ponatur. Extant adhuc aliquot Elegiæ eius (nam quoſdam ipſe pueriles ineptias adultior ignibus tradidit) in quibus quædam pellucens atque rotunda conſtructio cernitur, quæ mirabile reliquarum deſiderium iniiciunt?

Atque hos paucos ex plurimis poſteriorum ſeculorum, atque recentiorum ſcriptoribus nominâſſe, ſufficiat; inter quos quidem multi alij præclari, & humaniorum litterarum peritiſſimi doctiſſimíque viri fuiſſent ponendi; niſi nos & breues eſſe in tam paruo libello deceret, & viuos laudare, non tam prudentis videretur, quàm aſſentantis.

Cur plures hic non ſint nominati.

CAPVT IIX.

Quid in latinæ linguæ Scriptoribus, tam veteribus, quàm nouis aut Critici, aut inuidi, aut imperiti siue bene, siue malè censuerint, & desiderârint.

QVemadmodum nullus fuit vnquam tam malus scriptor, qui non habuerit aliquem emptorem aut præconem: sic tam bonus, elegans, aut innocens vnquam vix extitit, quem non inuidi alicuius, aut Critici, dens improbus arroserit, & infami stylo notârit. Nos hîc ab integrioribus & præstantioribus ordiemur; & paulatim ad eos descendemus, in quibus multa non malè à viris

ris doctis, (quibus gratia debetur, non vituperium,) animaduersa, correcta, improbata videntur: Diligens Latini sermonis studiosus, Vitia aliorum sic inspiciet, vt solas Virtutes imitetur.

In Acie ergò istorum, qui Criticum dentem effugere non potuerunt, primus stat, omni ex parte integerrimus, eloquentissimúsque noster CICERO. I. M.T. CICERO.

Caluus (ait FABIVS QVINTILIANVS.) Ciceronem tanquam solutum & eneruem; *Brutus*, fractum vocauit. *Asinius Pollio*, exanguem & elumbem dixit *Sestius* Græcus homo, Cicerone, quem litteras sciisse negabat, se disertiorem esse iurabat: nec retractare voluit. Alij verbosiorem, alij parùm constantem, appellauêre, & inæqualis styli: alij deníque alia in eodem desiderauêre: qui omnes ineptissimi, & linguæ latinæ rudissimi homines, non alia ratione nobis vi- *Dial. de claris aui sui. Orat.* *Vide Andreas Schottus in quæstionibus suis.*

 den-

dentur refutandi, quàm illo eiusdem Quintiliani verissimo dicto. *Verè illud affirmare ausim*, inquit, *eo quemq; istorum* (*Cicero* Mastigum) *deteriorem habendum esse, quò magis Ciceronis orationem reprobauit: quod ab Eloquentiæ Voce, perfectissimáque dicendi Idea se quàm longissimè abstraxerit.*

Loco citato.

II. C. I. CAESAR.

Idem *Asinius Pollio*, qui Ciceronem momordit, dentem quoq; Criticum in C. IVLIVM CÆSAREM strinxit: parùm diligenter parúmque integrâ veritate compositos eius commentarios putat. Cui *Lipsius* his verbis adstipulari videtur. Fas sit dicere, in commentariis Cæsaris sæpe quæro Cæsarem. Multos in illam purpuram pannos insutos video. nec in dictione ipsa spirat vbique naribus meis aura illa, &, vt sic dicam, puræ antiquitatis. Lege relege; multa otiosa repeties, disiuncta, intricata, interpolata repetita: vt omnino non absit,

Elect. 2. cap. 7.

Immo sunt, qui nec Cæsaris qui-

absit, quin ad hanc veluti prisci operis statuam nouella aliqua accesserit & imperita manus. *Hæc Lipsius.* Tu *à Cæsare non à Lipsio disce Latinum sermonem.* *dem commentariis esse solent.*

Cùm in TERENTII stylo nihil habeant reprehendere otiosi, aliâ viâ aggrediuntur. Dicunt in componendis suis comœdiis habuisse adiutores: operam illi locâsse, aut Lælium quendam, aut Scipionem, aut Sulpitium Gallum, Fabium Labeonem, Marcum Popilium; & nescio quos alios, qui eo tempore fuissent clari Poetæ. Horatium aiunt, ademisse illi grauitatem: sed tantum aiunt; non ita est. Ex aliorum enim, non suâ sententia loquitur Horatius. Æquabilitatem negasse illi dicitur Cæsar: & quod mireris, iactatum in Terentium illud est. *P. Terentius nihil peccat, nisi quod non peccat.* III. P. TERENTIVS.

Verderius. CORNEL: CELSVM. floridum auctorem de Latinitate IV. CORN: CELSVS

quidem ait bene mereri : ſed Hypocratem & Græca penè omnia parùm feliciter conuertiſſe. Quod de ſenſu intelligendum videtur, non verbis. Rhetor enim, teſte Poſſeuino, aut florum concinnator, magis dicendus eſt, quàm medicus.

Biblioth. Lib.14.

V. ÆMILIVS PROBVS

ÆMILIO PROBO terſiſſimo ſcriptori ætatem demunt, eúmque ex aureo ſeculo Latinitatis, in barbarum transferunt Critici. Non nemo enim ſub Theodoſio Maiore primùm floruiſſe affirmat. Tu cum ſaniori parte ſuo eum loco relinque.

VI. SALVSTIVS.

SENECA RHETOR Saluſtij Orationes non magni facere videtur. *Orationes Saluſtij, inquit, in honorem Hiſtoriarum leguntur.* Ceterùm duo ipſi vitia vulgò obiiciuntur: breuitas nimia, & affectatio priſcorum verborum Hinc diſtichon illud in eundem.

Et

Et verba antiqui multùm furate Catonis
Crispe, Iugurthinæ, conditor Historiæ.

Sed ad hæc disertè & eruditè respondet Passeratius: quem videre potes. *Præf. in bell. Catilinarium.*

VII. M. VARRO.

MARCVM VARRONEM (quem Cicero ipse omnium facilè acutissimum, & sine vllâ dubitatione doctissimum appellat) Quintus Rhemmius Vicentinus Grammaticus & Poeta, ausus est vocare Porcum: gloriatus insuper, *secum natas esse litteras, secum interituras.* In libris Academ.

Notatus est idem malignitatis cuiusdam à Verderio, dum in Etymis à latinis eruit omnia: cùm certò certius sit à Græcis sumi Latina vocabula penè innumerabilia: cum & Quintilianus affirmet; *Græcam linguam Latinæ Matrem esse.* Exempli gratia: *Furem*, à

Furuo deduciait quod est atrum: fa-uent enim furibus tenebræ. Imò ve-rò à vicino & simili planè trahitur, φὼρ, quod antiquioribus Græcis idẽ sonat, quod κλέπτης. Sed audi, quid & *Lipsius* de Varrone censeat. *Miseret me profectò conditionis tuæ, Marce Varro; cuius scripta plena eruditionis & elegantissima doctrinæ, temporum dicam, an hominum imperitorũ iniuria, ita conflictata sunt, vt nihil ad posteritatem peruenerit corruptius, nihil deprauatius.* Idem alibi. *Varronis fragmenta quoties video, oculos mihi dolere necesse est: adeo, non solum pauca quædam ex tantâ vi pulcherrimorum scriptorum ad nos venerunt: Sed ea ipsa, ita lacera, tam fracta, diuulsa, vt, quòd Poetæ Pentheum diripuisse aiunt Bacchas, nugas maximas fuisse credam, præ vt, quo pacto Varro distractus fuit.*

Variar: lib.4. c 8.

Antiq: lect. lib. 1. cap. 9.

VIII. PLAVTVS.

Plavtvm Ex M. Varronis sententia Lipsius censet. Ait seruile fuisse

se illi ingenium: Afrum: plebeia, & humilia scripta, Terentium esse æquabiliorem, & magis vnius fili. Sed hæc omnia, vt eruditè obiicit, sic idẽ eruditè soluit: *quem & gratiarum Hortum, Delicium, & Romanæ Musæ Pullum appellat.* *Epist. Lib. 2. Epist. 19.*

VELLEIO PATERCVLO idem Lipsius obiicit. *Adulationes & Vanitates.* Risi nuper Rhenanum inquit, qui cum Velleium laudandum suscepisset, aut parem eum Cæsari, aut certè proximo loco ponendum affirmat. Næ, ille Velleius in Historicorum ordine tantum abest à secundo, quantum Cæsar à primo. Meliùs Quintilianus; qui in Historiæ Romanæ Catalogo, hunc ne nominat quidem. IX. PATERCVLVS. *lib. 3. Epist. 8. & lib. 5. Epist. 11.*

TITVM LIVIVM *Budæus* malæ fidei accusat. In hoc, inquit, inustum Gallici nominis odium propemodum Vatinianum facilè est animaduertere: fidémque Historiæ, quatenus X. T. LIVIVS. *Philologiæ lib. 1.*

nus ad eam gentem pertineret, labefactatam esse. Est, qui Liuium iuxtà, ac Salustium incusat, de directis orationibus Historiæ insertis, quas si detraxeris, exigua fragmenta Liuio restabunt. *Lipsius* stylum ipsius non nihil perstringit: supinum vocat: quamuis de toto genere magis laudet. *Patauinitas*, inquit, ei obiecta ab Asinio: id est, nisi fallor, *sermonis quædam peregrinitas*, nec tam in verbis, quam stilo toto. Nos quoque supinum illum, alibi aut frigidum, imò & ταυτολόγον agnoscimus: deriuaturi tamen libenter in exscriptores hanc culpam. *Caligula Imperator*, scripta Liuij, vt nimium verbosi, & imagines de Bibliothecis propè omnibus amouit. *Sed hoc non primum est Caligulæ, barbarum, atque inhumanum factum.*

Vide & Andream Brunner in Annal. Boicis; de Camilio Notis ad cap. 9. lib. 1. polit.

XI. M. VITRVVIVS.

Marco Vitrvvio, obscuritatem, exprobrat *Budæus*, Totus penè

Tra-

ctatus ille, inquit, de Architectura X. libris constans, mendosissimè legitur, alioqui etiam intellectu perdifficilis, & Delio natatore indigens. In illa enim rerum verborúmque obscuritate, non mediocre etiam ingenium quasi æstuoso freto obrutus natator submergitur.

In Pandectis.

XII. SENECA *Phil.*

IN SENECA PHILOSOPHO, compositionis abruptam, & sententiarum immodicam densitatem nonnemo carpit: quæ tamen vitia multę virtutes excusent. Petulantius illum aggressus est *Gellius*. Sed *Muretus*, dicit longè SENECAM omnibus suis obtrectatoribus præstitisse. Lipsius nimium ferè illum deosculari videtur. Quippe, *in quo legendo magna adhibenda cautio*; vt rectè monet Antonius Posseuinus.

Variar. lib. 9. c. 8.

Apparatus Sac. Tom. 3.

XIII. FAB. QVINTILIANVS.

FABIVM QVINTILIANVM acrius insectatus fertur *Seneca Philosophus*: quod ex æmulatione factum creditur. Cum enim Seneca seueriora studia

ſtudia Philoſophiæ tractaret; hic, ſe etiam legi vellet: accidit, vt alter alteri virgulam cenſoriam obuerteret. Quintiliani verba ſunt hæc. Ex induſtria (inquit) Senecam in omni genere Eloquentiæ verſatum diſtuli, propter vulgatam falsò de me opinionem, quà damnare eum, & inuiſum quoque habere ſum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum, & omnibus vitiis fractum dicẽdi genus reuocare ad ſeueriora iudicia cõtendo. Tum autem ſolus hic in manibus Adoleſcentum fuit. Quem non equidẽ omnino conabar excutere, ſed potioribus præferri non ſinebam; quos ille non deſtiterat inceſſere, cũ diuerſi conſcius generis, placere ſe in dicendo poſſe, in quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis, quam imitabantur: tantúmque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis deſcenderat. Foret enim optandum, pares, aut ſaltem proximos

mos illi viro fieri. Sed placebat propter sola vitia, & ad ea se quisque dirigebat effingenda, quæ poterat: deinde cùm se iactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat. Cuius & multæ alioquin, & magnæ virtutes fuerunt, Ingenium facile & copiosum, plurimum studij, & multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquando ab ijs, quibus inquirenda quædam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnem ferè studiorum materiam. Nam & Orationes eius & poemata, & Epistolæ, & Dialogi feruntur. In Philosophia parùm diligens, egregius tamen insectator vitiorum fuit. Multæ in eo, cláræque sententiæ, multa etiam morum gratia legenda: Sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quòd abundant dulcibus vitiis Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset, si parùm concupisset, si

non

non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset, consensu potiùs eruditorum, quàm puerorum amore comprobaretur. Verum sic quóque, iam robustis, & seueriore genere satis firmatis legendus vel ideò, quod exercere potest, vtrumque iudicium. Multa enim (vt dixi) probanda in eo, multa etiam admiranda sunt: eligere modo curæ sit, quod vtinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura, quæ meliora vellet, quæ quod voluit, effecit. Hæc Fabius: ad quæ doctè, vt solet Lipsius: quem accede.

XIV. Q. Cvrtii. *Notis ad cap. 9. lib. 1. Polit.*

Quod *Lipsius* de Q. Cvrtio conqueritur, id potius Scriptori elegantissimo ad laudem est. *Quòd si varium magis* inquit, *argumentum habuisset, fallor, aut variæ prudentiæ eximium magis specimen præbuisset.*

Hucusque *solutæ* ferè *dictionis* censuræ eorum, qui *Aureo seculo*, hoc

hoc est, Latinissimo vixerunt: nunc ad Poëtas eiusdem seculi.

Ecce tibi mirum, audax, & (ô Musæ) non magni faciendum iudicium *Scaligeri* de CATVLLO. Catullo *Docti* nomen, inquit, quare sit ab antiquis attributum neque apud alios comperi, neque dum in mentem venit mihi. Nihil enim non vulgare est in eius libris. Eius autem Syllabæ, cùm duræ sunt, tum ipse non rarò durus: aliquando verò, úsque adeò mollis, vt fluat; neque consistat. Multa impudica (& hoc verum est, sed tu purgatum & emendatum lege) quorum pudet: multa languida, quorum miseret: multa coacta, quorum piget.

XV. CATVLLVS.

In Hypercrit.

Nam inuitum tractum esse, & multùm, & sæpè constat. *Eum præterea, quandocunque potest, deprimit, & recentiores illi vel æquat, vel præponit.* Quid Lipsius ad hæc? Vtinam de Poeta populari suo,

Ep: lib. 2. Ep. 9.

ſuo Catullo, inquam, tam commodè (quam de Iuuenale iudicâſſet Scaliger (Pater) in quo quę ille reprehendit (multa quippe in eius verſibus caſtigat) nunquam ſat ſcio probaret huic filio ſuo (Ioſepho) culpas eſſe potiùs, quàm laudes.

XVI. P. VERGILIVS. Bono VERGILIO diem quoque dicunt *Naſuti*: eíque Plautina, Næuiana, & Enniana vocabula obiectant. Quid, quod non nemo eundem tumidũ, & ſpumoſum appellat? Sed Perſius, acutiſſimus Satyricus ridet horum ineptias, dum ſic canit.

Arma, virum: nonne hos ſpumoſum & cortice pingui?
Vt ramale vetus, vegrandi ſubere coctum.

Cõqueritur igitur iure optimo *Iacobus Põtanus* his verbis. *Quanquã longiſſimo interuallo Poetis omnib. antiſtet Publius Vergilius Maro, nõ tamẽ Criticorum manus euadere potuit.* Illud tamen idem Pontanus cum Mureto

Var. lib. 18. ca. 14.

reto non dissimulat, mirari se, nec videre quid pro Vergilio responderi possit: quòd, cùm magnas sæpè caussas habuerit nominandi Ciceronis, aut Homeri, siluerit. Quam tu, studiose Lector, caussam suspicaris?

ALBIVM TIBVLLVM depectit, more suo, Scaliger. Vniformis penè totus est, vixque discedens à se ipso. Audis enim, *Casas, Focos, Rura, Nemora, Prala, Spicas, Sacra*, tum sæpè tum multùm. Omnium verò cultissimus, nec redundans in Elegia. In fine quarti Epigrammata sunt, & dura, & languida, & insuauia. Quòd verò etiam apud Ouidiũ designari potuit, in hoc Auctore non placet, tam frequens vsus infinitiuorum illorum, *continuisse, discubuisse, increpuisse, pertimuisse*: & alia vsque ad fastidium: quorum tum flexus, tum crebritas arguit hominem, vel ignauum, vel inopem consilij in verbis, eorúmque sonis, tum inueniendis, tum collo-

XVII. TIBVLLVS. *Hypercrit.*

locandis. Laxior est etiam aliquantò, quàm quantum ab eruditorum auribus ferri debeat. *Claudius Verderius* Propertio inferiorem censuit, quod idem hodiéque facere nōnulli videntur. Tu, contentus esto, eâ poeticæ laude, quam Tibullus consecutus est.

XVIII. Horatius. Horatium perstringit multis in locis Verderius, in Lyricis quidem, inquit, apud Latinos primas tenet: in Hexametris duriusculus videtur. Versus vt plurimùm in monosyllabum desinere facit, quo nihil absurdius; de arte Poetica multa præcipit, quæ ipsemet non obseruat. Satyras suas sermonum appellatione minus idoneâ depressit. Nam cum *Satyra* eâ grauitate & maiestate, quâ concionator in pulpito aduersus hominum vitia exclamatione prorumpens, esse debeat, *Sermo*, familiaris quædam loquela est. Rudolphus Agricola *Persium* ait, meditando vngues

gues rodere, & personam habere phi losophicam, quòd seuerè obiurgando doceat. *Iuuenalem* indignari, irasci, pluteum cædere, exclamare: vltra oceanum glacialem, ne vitia Romanorum intueatur effugere cupere. *Horatium* illis antiquiorem agere blanditiis, & ridentis referre faciem, & ludum affectare ingenuum, & in ipsâ delectatione reprehendere. PERSIVS. IVVENALIS HORATIVS. *Comparati.*

In LVCRETIO scriptionis materia improbatur, qui si felicior fuisset in argumento deligendo, ait, *Petrus Victorius*, Et dignior Poetę nomine extitisset, & longo interuallo reliquos, qui maximè laudati Poetę sunt plurimorum iudicio vicisset. Impium dogma, de *Interitu animarum* asseruit, quod refutat *Lactantius*, & sibi repugnasse docet. Difficultatem, ob ipsum quoque argumentum eidem attribuit, *Quintilianus* inquiens: Macer & Lucretius legendi quidē: sed non, vt phrasin, id est, corpus Elo- XIX. LVCRETIVS. *Epist. Lib.* 3. *lib.* 8. *cap.* 12. *Lib.* 10. *cap.* 1.

Macer humilis à Fabio dictus.

Eloquentiæ faciant: elegantes in sua quisque materia:sed alter humilis,alter difficilis.

XX. Propertius. In præfat: ad eundem.

Carpitur Propertivs: quod à tenui argumento laudem, vt Laureolam â Mustaceo petat. Item Propertij libros,inquit *Ioannes Passeratius*, quidam aspernantur, non aliâ de causa,quàm quòd à multitudine cōtemnuntur: si contemnere est, non legere,& non sequi, quod non valeas assequi. Poeta iste perpaucorum Lectorum & Auditorum est ; & ad multitudinis stomachum, ac palatum non facit. Vulgus fatuum, fatuis delectatur : non gaudet sparsis papauere, & sesamo ferculis.

XXI. P. Ovidivs.

Pvblio Ovidio post Maronem extrà controuersiam ingeniosissimo Poëtæ, vitia aliquot à Criticis obiiciuntur. *Primò*,quòd Lasciuus: & hoc ipse de quibusdam Libris suis non negat; sed potius deplorat. *Secundo*,quòd negligens,piger, & non satis

ſatis limatus;ſed *Ouidius* ex doctiſſimorum virorum ſententiâ, cum omni ſuâ negligentiâ (ſi vlla in eo fuit) eſt elegantior,latinior, ingenioſior, quam omnes ipſius cenſores. *Tertiò* quòd ſit ſubinde, *Barbarus*. Nefas ! accipe quæ duo grauiſſimi viri pro *Ouidio* dicant : *Hercules* Chiouanus, & *Marcus Antonius Muretus*. De priore prius. Qui dam,inquit cum ſciret Poetam hunc noſtrum eſſe fabularum ſcriptorem facundiſſimum, ac facilè principem; eius carmina in Italicum ſermonem ſibi verti iuſſit,arbitratus eum latinè non locutum eſſe: ac quoties ſermo de eo inciderat, ita de eo vt Barbaro aliquo, & Latinæ Linguæ imperito loquebatur. Quem alij quidam ſecuti in grauiſſimorum,doctiſſimorúmque hominum aculeos meritò inciderunt.*Qui enim quæſo, ſumus nos, vt cum de latini ſermonis integritate & elegantia agitur, tam ſuperbè iudici-*

Præfat. Obſerua: in Metamorph.

um de antiquis scriptoribus facere audeamus? multa inquiunt, innouauit Ouidius, multas voces confinxit, quibus superiores vsi non erant. Vnde scis quisquis es innouarit ea, an è vetustissimis quos nunc non habemus, ipse habebat, acceperit? quisquámne veterum Criticorum Ouidium vnquam tanquam parum Latinè locutum notauit? Nunc & Muretum audi. Et tamen, ait, quod mihi interdum risum, interdum stomachum mouet, obscuri homunciones reperiuntur, qui nobilissimos quosque scriptores, quosque tanquam in cœlo, vt ita dicam, merita collocarunt, in ordinem cogere, & de iis aduersus tot sæculorum sententiam iudicare audeant. Alius Homerum damnat: alius in Vergilio multa reprehendit: alius præcepta Horatii de arte Poeticâ irridet: alius Ouidium ait nescisse latinè loqui: quasi nos hodie quid sit latinè loqui sciamus: alius alia quorum me pudet, pigétque. Miseri, quan-

Quod nō solum in Ouidio, sed in aliis quoque censendis obseruandum.

lib. 17. cap. 11.

quanto melius facerēt, si ad res intelligendas, & ad virtutes eorum penitus cognoscendas, & quantum cuiúsq; vires ferunt, imitando studium conferrent; quàm nunc, cum canum lunam allatrantium more, ad quos aspicere non possunt, eorum famam lacerare contendunt. Néq; negauerim esse & in veteribus quæ culpari possunt: homines enim fuerunt: sed, vt in formosis corporibus næuos notamus: non propterea totam formam despicimus: sic & in illis, si qua non placent, modestè notanda, non ipsos tribu mouendos censeo. Modesta iudicia fero: impudentiam & arrogantiam non fero. Addit Iacobus Pontanus, à sinistris Iudicibus, legi ac perpendi, nimiùm quantum desiderari; *& alibi idem*; censuras in *Ouidium* Scaligerianas pleráſque futiles, nihil moramur. *Alios Ouidianæ Latinitati & Elegantiæ oblatrantes ipsos præ illo semilatinos, & semibarbaros valere, & plorare iubemus.*

In comm: & præfa. ad lib. tristium.

 De

XXII. Manilius. De Manilio ita quoque *Scaliger*. Ego verò tantum abest, vt in hoc Poeti exquisitam mathesin agnoscam, vt & mediocrem desiderem.

XXIII. Seneca Rhet. Quid Fabius de Seneca existimet; quanti eundem faciat, supra demonstrauimus.

Centur. 2 Miscella: Epist. 22. *Lipsius.* Seneca, *ait*, nimis me cepit: vtique Medea & Thebais, quas supra omnes esse, nec eiusdem Vatis mihi certum. Quatuor harum Tragœdiarum vult esse Auctores, & Octauiam à puero compositam, non veretur affirmare. Hæc de Latinissimi sæculi Auctoribus censuisse sufficit: qui cum notas & dentes Criticorum vitare non potuerint: cogita, quàm malè illi habeantur qui his, & ingenio, & tempore fuerunt inferiores.

XXIV. Val. Max. Valerius Maximus. contra morem Historicorum principio operis sui Cæsarem, vt Deum inuocat. Dictionem ipsius ait quidam, tam similem

milem esse Ciceronis, quàm est mulus homini: adeo vt vix credas, vel Italum fuisse, qui scripsit: vel hoc ętatis, quod præ se fert, vixisse: tam diuersum est totum dictionis genus. Afrum quempiam esse dicas: nec vllum carmen elaboratius. Ex omnibus Historicis elicit, inquit *Posseuinus*, qui sæpe inter sese varij sunt, sæpe item haud sibi constat. De mirâ adulandi ratione eundem accusat *Sigonius*. *Biblio: lib.16. sect. 3. cap.15.*

Post nonnullas PLINII Senioris reprehensiones addit *Claudius Verderius*. Errorum est Plinius immensus Oceanus: quî-cum, dum ago, mihi cum Lernæâ hydrâ res est: cui quot obtrunco capita, totidem suppullulant. Huic subscribit ex parte *Posseuinus*. *Cum multa non vera, & explorata satis in tantâ rerum mole tradiderit, tum in æternitate & diuinitate mundi astruenda, planè impius fuit*. Quæ censuræ rei vt patet non XXV. PLINIVS.

ſtyli ſunt: Eruditi enim cuiuſdam de eodem vox eſt: PLINII *opus, rectè poteſt Theſaurus Latinæ Linguæ appellari*. Niſi enim ipſe tot rerum appellationes nobis reliquiſſet, de multis neceſſariis partibus vitæ communis latinè loqui non poſſemus. Abſit autem vt illum Ciceroni vel æquemus, vel præferamus: quod Lipſius in Plinio Iuniore ferè auſus fuiſſet. Ita enim ſcribit ad Muretum. *Quidquid Ciceroniani ſentiant; ego verò plures Orationes Plinij ſupereſſe velim.*

Ep: lib. 5. cap. 15.

XXVI. PLINIVS.

De PLINIO igitur Iuniore ita Sigonius iudicat. Vt elegantiâ Romanâ haud mirabilis eſt (quod & ſuperior ætas credidit) ita propter magnitudinem materiæ valdè nobis vtilis; licet non ſemel erret, & pleráque dicenda omittat.

XXVII. SVETONIVS.

Orat. 12. Volum: 2.

In SVETONII verò cenſurâ, ecce tibi quàm diſſentiat Eloquentiſſimus vir Muretus à Iuſto Lipſio. In Suetonio nihil eſt, ex quo eius aut

Pru-

Prudentiam, aut Eloquentiam. aut Eruditionem vllam eximiam agnoſcas. Suetonium certè nemo vnquã veterum, aut inter eruditos, aut inter diſertos nominauit. Nihil apud eum frequentius legas quàm exoletos & Spinthrias, & Cellarias, & nubentem Neroni Sporum: Dorypho ro Neronem: &c. quaſi hæc ſcire poſterorum intereſſet, quorum commemoratione, non ſcriptorem modò, ſed ipſas quoque chartas erubeſcere oportebat.

Argumentum, non perinde ſtylum reprehendit.

Lipſij iudicium quod ferè tantùm ſtylum attingit audiuiſti ſupra.

De TACITO Critici etiam non tacent. Nam auſus eſt *Alciatus* Hiſtoriam ipſius SENTICETA vocare. Et quidem propter aſperum dicendi genus, *Budæus* eundem Scriptorem omnium ſceleratiſſimum appellauit, quòd aduerſus Chriſtianos ſcripſerit. Eandem ob cauſam à *Tertulliano* dictus eſt, Mendaciorum loquaciſſimus.

TACITVS. XXVIII. *In Epiſt. ad Ioniũ.*

In Apologet. ca. 13.

mus. *Ericius Puteanus* ita censet, Tacitum Tullianæ aures nequaquam ferunt: scriptorem scilicet durum, asperum, concisum. In Latinitate illius, maculas esse, næuósque; alibi sensum breuitate impediri, & frangi: plura inuolui, quàm exprimi: & quod in emaciato corpore videmus, ossa tantum eminere, venustatem nullam esse.

Præf. in Q. Curtium.

XXIX. Flo- rvs. Florvs, inquit *Verderius*, breuitate se implicat potius, quàm explicat, cuius operâ multi Libri periêrunt.

XXX. Gel- livs. In Gellio affectata & penè superfluens verborum copia est. Sic enim in eum scribit *Verderius*: durissimarum Elegantiarum affectator. Malè docuit, *cæsium colorem* à cælo dici. Malè item negat; *Nouissimus*, & *Nouissimè* dictiones esse latinas: nec Ciceronem iis vsum. Vsus est oratione pro Roscio Comœdo, & Epistola ad Octauium.

Æso-

Æſopica cornicula appellatur.

MACROBIVS, qui ex aliorum pannis conſuit centones, & è dapibus partim emendicatis, partim ſuffuratis, cænas ſuas inſtruit. Lipſio tamen eſt elegantiſſimi vir ingenij. Sed nunc ad Poetas huius ordinis & ætatis. XXXI. MACROBIVS. *Antiq. lect. lib. 3. cap. 7.*

Scaliger. PERSII ſtylus moroſus, & ille ineptus: qui cum legi vellet, quæ ſcripſiſſet intelligi noluit, quæ legantur: quanquam nunc à nobis omnia intelliguntur. Ac fuit tempus, cum inter ignotos haberetur. *S. Auguſtinus*, ſe illum vnquam intellecturum deſperauerat aliquando. XXXII. PERSIVS. *Hypercrit.* *Lib. 10. cap. 1.*

LVCANI, iam tempore Martialis ea fuit opinio, vt vulgus illum ſuſpiceret, docti Hiſtoricum magis, quàm Poetam arbitrarentur. Hinc illud apud Martialem diſtichon. XXXIII. LVCANVS.

Sunt quidam qui me dicunt non eſſe Poetam;
Sed qui me vendit Bibliopola, putat.

De Poetar: historia dialogo 4.

Quare illum quidam, ait *Gyraldus*, Indomito equo similem dicebat, qui in medio prato, aut campi spatio cursitet, & acriter quidem, atque animosè saliat: sed inconcinnè & incompositè. Alij illum expedito quidem militi similem dicunt, qui amentatas quasdam velitum hastas iaciat, potenti ac valido interdum brachio: sed parùm plerumque consideratè ac prudenter.

Loco citato.

XXXIV. IVVENALIS

Idem *Gyraldus*. Jvvenalis, inquit, in taxandis moribus patrum nostrorum memoriâ primum locum obtinere putabatur, vt is tum doctior haberetur qui plures eius versus memoriter recitaret. Ego si, quicquã mihi credendum putatis, non eoúsque Jvvenalem legendum censeo, nisi quousque castâ, & Romanâ lectione planè sumus imbuti.

XXXV. STATIVS.

De Statio ita *Pontanus*: tumorem & inflationem quandam eruditi non pauci abesse à tantopere probatis

batis

batis carminibus optarent; quicquid dicant alij; cum *Lipsius*, hoc ipsum quod alij, *tumidum*; *celsum*, ac *sublime* nominat. Audiui ego non neminem qui de perplexâ non semel oratione, & de sententiâ, quadam ceu caligine offusa, ac tenebris inuolutâ conquereretur, & obscuritate nimiâ se ab eius lectione reijci doleret. Sed quidquid hac de re est; in eâ sententiâ nos sumus, illi STATIVM non obscurissimum posse videri, qui fabularum cognitionem, & maximè Thebanæ historiæ habuerit.

Audax de MARTIALE Gyraldi est iudicium. *Certè non omnia*, inquit, *eius Epigrammata, nec plurima quidem, video doctis placere. Ego vtique, si per doctiorum veniam mihi liceret, ex toto eius libro quædam, nec plurima seligerem, bonorum digna lectione; quibus libellum non Hercule maximum conficerem: reliqua, quod & ipse ait, scombris inuolucra re-*

XXXVI. *De Poetar. histori: dial. 10.* MARTIALIS

linquerem. Nescio an Gyraldus hoc iudicium de Martiale tulisset, si *Matthæi Raderi* doctissimam interpretationem, ceu lumen quoddam huius ingeniosi, & vtilis Auctoris inspexisset.

XXXVII. SILIVS ITAL. SILIVM ITALICVM, ait Scaliger, *postremum bonorum Poetarum existimo: quin ne Poetam quidem. Non neruos, non numerum, non spiritum habet. Adeò verò ab omni Venere* (*seu Elegantia*) *alienus est vt nullus inuenustior sit. Totus hæret, trepidat, vacillat: vbi audet, cadit. Ipsum Scholasticis declamatoribus relinquamus.* Sed hæc censura, Scaligeri est.

Hypercrit.

XXXVIII AVSONIVS. Stylum AVSONII vocant Critici, *duriusculum*, minimè Ciceronianum, qui aulæ delicias, licentiámque sapiat. *Vtinam*, ait *Scaliger*, *Epigrammata ne scripsisset! nam & inculta sunt penè omnia, & omnia dura: quædam etiam inepta, aut frigida, aut friuola.*

Hypercrit.

friuola. Sed & hæc censura est Scaligeri.

XXXIX. CLAVDIANVS. *De Histo: Poetarum c.10*

Plures laudes Ausonio & Silio habet CLAVDIANVS, sed cum minimè numeros & lineamenta variet, ait *Gyraldus*, idémque sit vbique, ab aliquibus eo nomine in ordinem redigitur.

XL. PRVDENTIVS. *De Poetarum historia dialogo.5:*

De PRVDENTIO, quem melioribus Poetis adiunximus, hoc idem iam sæpè nominatus Gyraldus censet. Fuit homo multę eruditionis, ac variæ: verum in Eloquentiæ ac linguæ castitate vel parùm valuit, vel potius neglexit, desiderio videlicet pietatis ac fidei: quod ipse innuit. *Certè huic Poetæ Christiana Respublica vniuersa plurimum se debere agnoscit*. Sequuntur Auctores postremi ordinis.

XLI. LACTANTIVS. *lib.1.*

LACTANTIVM *Firmianum*. Ciceronis simiam appellat Ciceromastix *Erasmus* Roterodamus: quod Lactantio tamen in laudem, Erasmo

in vituperium magis cedere videtur. In Antibarbaris, Ciceroniana facilitate dicitur fluere, nec à declamatoriâ illa palæſtra, in quâ fuerat multos annos verſatus abhorrere, Ciceronis Eloquentiam affectâſſe, ſed non aſſecutum. Imò, dum Ciceronianus eſſe ſtuduerit, factum Ciceroni diſſimilem: nec eruditionem, nec vim, nec pectus attuliſſe ad defenſionem Philoſophiæ Chriſtianæ, quæ M. Tullius attulerit ad defenſionem cauſarum ciuilium. Sed tu modeſtiùs, & melius de viro tam benè de litteris, & re Chriſtiana merito, ſenties. Nam Eraſmo huic nihil ſacrum ſatis, nihil ſatis elimatum, aut politum eſt, vt rectè Xiſtus Betuleius obſeruauit. *Initio commentarii.*

XLII. MVRETVS. PERPINIANVS. Qui MVRETVM & PERPINIANVM noſtri ſæculi clariſſimos oratores ſub virgulam cenſoriam vocaret, non memini legere.

XLIII. MANVTIVS. PAVLO MANVTIO ampliſſimo, eloquentiſſimóque viro; ſeu potius Cice-

Ciceronianis, mendaciolum quodammodo imponere, idem de quo supra Erasmus, videtur, in dialogo illo suo, in quo Latinitatis & Eloquentiæ Tullianæ imitatores atque alumnos, adeóque Tullium ipsum caninâ facundiâ suâ subsannat, & friuolis quibusdam ratiunculis oppugnat: *Mensem integrum illos in vnâ Epistolâ componendâ consumere* affirmat: id quod Adolescens de Paulo Manutio sese audiuisse dicit. Quoniam verò iste, hoc de Ciceronianis liberrimè asseuerat, erátque auctoritate, illo seculo tantâ, vt eius voces in hisce rebus, (nescio quare,) oracula putarentur: quod ab eo generatim scriptum legerant, albi homines, in Paulum Manutium, qui multò pòst vixit, & vnus omnium maximè sua ætate scribendo Ciceronem exprimere contendit, potissimum conuenire censuerunt. Scilicet ô boni, vir eloquentissimus, qui viginti annis

Ex M. S. Iacobi Pontani.

Cice-

Ciceronem voluit, nullúmque diem, vt ipse testatur, quin propemodum aliquid latinè scriberet, intermisit; in vnicâ epistolâ contexendâ totis triginta diebus sudabat, & se excruciabat. Quis non fabulosissimam hanc videt esse fabulam?

Epist. 11. lib. 1.

XLIV. Bvdaevs.

Aduersus Gvlielmvm Bvdævm Verderius conqueritur. Qui ipsi in inscriptione Annotationum in Pandectas non videtur considerate fecisse: quippe qui Legum quarundam voculas aliquot, cùm sit interpretatus, in Pandectas se scripsisse dicat: sed ea nihil ad stylum.

XLV. I. Lipsivs.

Vt Ivsti Lipsii eruditionem plerique omnes eruditorum meritò suspiciunt, ita stylum ipsius, & dictionis genus planè singulare nescio quomodo probare possint, aut præ Ciceronis, imitandum putare. Et tamen sunt quidam imprudentes (plerumque iuuenes) qui, si aliquot ex Lipsio voculas de reliquiis antiquorum

rum obsoletas, inusitatas, abstrusas hauserint, præterea si Aposiopeses, Annominationes, hellenismos, alias quasdam argutiolas didicerint, iam germanos se Lipsios (si Diis placet) arbitrantur.

BARNABÆ BRISSONII eruditionem & diligentiam magis imitabere, quàm stylum aut filum Orationis. XLVI. BRISSONIVS.

CHRISTOPHORVM LONGOLIVM; præter *Paulum Manutium* Erasmus, & Critici satis acerbè tractant: illum nec in Epistolis, nec in Orationibus Ciceronianum esse. Sed *Henricus Stephanus* iniquo animo tulit has cẽsuras. Qua de re omnium modestissimè & optimè *Andreas Schottus*. Oratorum numero Longolium Paulus Manutius exemit: incertùm, an ob nimiam imitandi audaciam, an ob rerum exilitatem: an denique *aliam ob causam*: quo de aliorum esto iudicium. *Idem infra*. Longolia- XLVII. LONGOLIVS *Tull. Quæst. lib. 1. cap. 7.* *cap. 27.*

næ

næ Epiſtolæ cetera terſæ, & elegantes, quaſi affectatæ grauitatis, ab æqualibus quidem, & Rictio valde laudatæ.

XLVIII. BEMBVS

In PETRO BEMBO hæc reprehenduntur. Stylus ſupinus, ait Lipſius, languidus; affectatâ imitatiunculâ fractus, oratio prauæ elegantiæ ſtudio flexa & eneruata. Sic de re Venetâ, quaſi de potenti illâ re Romanâ. Inde recenſet multa, quæ in Bembo improbet. Quòd Venetorum Senatum ſemper appellet, *Patres conſcriptos*: quòd annos numeret non à Chriſto Nato, ſed *ab vrbe condita*: quòd duces & præfectos militiæ nominet, *Reges & Imperatores*: quòd regem Perſarum, *Regem Armeniæ*, *Regem Thracum*, qui nobis Turcarum: quòd fides noſtra, non niſi *perſuaſio* illi ſit: excommunicatio, *aquâ & igni interdictio*: peccata morituro remittere, *Deos Superos Manésque illi placare*: quòd ipſe Deus rarò illi in

Centur. 2 Miſcell. Epiſt. 27.

ſtylo

ſtylo: *Dij immortales*, ídque in ſeriis maximè ſententiis, aut rebus. Atque adeò, quod omnem ſtultitiam ſuperet, prudentem illum Senatum Venetum ad Iulium Pontificem publicè ſcribere; *uti fidat Diis immortalibus, quorum vicem gerat in terris.* Et quæ alia multa loco eodem obſeruauit idem. De Bembo autem reprehenſo idem Lipſius ſe excuſat, & hominem commendat alibi. Cæterum ſi hos, aut ſimiles næuos Bembi excipias, ſcriptorem iſtum excelluiſſe, & non ineleganter ſcripſiſſe exiſtimari poteſt.

Centur. ad Italos & Hiſpanos.

XLIX. DELRIVS. *In Grubinio.*

Sciopius, vir non minus acris quàm eruditi ingenij. MARTINVM DELRIVM ab Ioſephi Scaligeri dente ſic vindicat. DELRIO, inquit, *in omni diſciplinarum genere præſtantiorem noſtra non habuit ætas.* Et alibi optimus, doctiſſimus, grauiſſimus vir, quem tamen Ioſephus Scaliger homo maledicentiſſimus, non eſt veritus vocare

In hypobolimæo.

care ſtercus Diaboli, lutum ſtercore maceratum, ſterquilinium, retrimētum inſcitiæ, κάθαρμα, pecus, canem, aſinum, ſcarabæum, propudiũ, poſtremam beſtiarum; incertum, belluam an hominem, dæmoniacum. Ex quibus epithetis diſces tu, quàm ſanus, quàm æquus, quàm modeſtus & verax cenſor ſit iſte Scaliger. *Si (inquit rectè idem Sciopius) Delrius eſſet fur aliquis, eſſet ſacrilegus, eſſet flagitiorum omnium, vitiorúmque princeps; hoc eſt, ſi eſſet, quidquid es ipſe: hæc talia tamen ex te audire (Scaliger) minimè oportebat.*

Loc. & lib. cit.

L. PETRARCHA.

In Francisco Petrarcha. Linguæ latinæ peritiam, maiorémq; elegantiam ſubinde deſiderari ſupra monuimus.

LI. *Epiſt: lib. 2. Epiſt. 22.* APVLEIVS.

Apvleio tametſi fauere non nihil Lipſius videtur, melior tamen eſt eorum ſententia, qui ab hoc Auctore minimè claſſico abſtinendum putant,

tant, vt ex superioribus intelligi potest.

CÆLII RHODIGINI, inquit Iouius, multa volumina Lectionum Antiquarum, cum ingentes vigiliarum opes ostentent, plerique admirantur: sed ea farrago tanquam ex veteri horreo laboriosè affectatéque prolata, delicatis lectoribus quiddam subrancidum olere videtur. In Cælio porro (Verderij verba sunt) etiam hoc vitij est, quod cum omnia commoueat, nihil vnquam soluit: contentus ferè aliorum testimoniis: nec sua capita claudit, sed suspensos lectores vbique & penè ipsius lectione confusos deserit: in pangendis versibus (vt vult Gyraldus) parum versatus videtur. Eruditi tamen nomen obtinuit. LII. RHODIGINVS. *De Poet. recent. dial.* I.

Quid iam de SCALIGERO viri docti, qui Delrium nostrum virum (quis nescit?) eruditissimum, tam acerbè habuit? Loquatur pro omnibus LIII. SCALIGER.

diser-

disertissimus, *Scioppius* hac Apostrophe in ipsum directâ. *Reliquos Criticastros, & Grammatistas putidissima capita valere iubes, eorum iudicia nihili facis, scripta ad latrina vsum seruas. Iam quod ad linguarum & historiarum cognitionem attinet, nemo est ex omni sæculorum memoria, qui coram te ausit hiscere. Philo Hebræus non plus hebraicè sciuit, quàm vllus Gallus, aut Scytha. S. Hieronymus multa turpi obliuione peccat. Eusebius omnium scriptorum leuissimus est, & inaccuratissimus. Sanctus Epiphanius nescit, quod pueri sciunt: Hebraicè imperitus est: Græcè indoctissimus, inaccuratus, malignus, ineptus, & imperitus, ac iudicio caret. Ioannes Goropius est Lucumo, Agyrta, circulator, homo insignis audacia atque impudentia &c. Terræ filius, inusitatâ rusticitate, stolidus, & Barbarus impius, & ineptus. Philosophi, Iure-*

con-

consulti, & Medici, habent cur te loquente obmutescant. &c. qui in Italia docti perhibentur, si quis eos tecum conferat, vilissimos homunciones esse deprehēdet &c. Petrus Crinitus nugator est, mendax & confidens. Auantius & Beroaldus, sunt stolidi, nullius iudicij, & impudentissimi. Ioannes Villanus Agyrta est, tenebrio, & postremus nebulo. Paulus Iouius maledicus, impudens, & venalis Historicus. Franciscus Sansophius ieiunus, malignus, minimè candidus, adulator, & liuidus. Franciscus Robertellus omnium virtutum insectator. Antonius Posseuinus temerarius, & audax. Robertus Titius humani generis excrementum. Neq; præstantissimi Theologi tecum in certamen venire audent. Nam Ioannes Maldonatus tibi maranus est &c. Mira in multis inscitia, incredibilis in omnibus arrogantia. Martinus Delrius Antichristus est. Denique neminem etiam amicorum tuorum

rum

rum pro docto habes. Sic enim ais, In quibusdam candorem, in aliis studium, in omnibus sensum bonarum rerum desideraui. Sed ad Poetas denique.

Præfat. de imita: temporũ.

LIV. VIDAS.

Hieronymvm Vidam. iam sæpe memoratus Scaliger inclementer satis tractat: in eo multos versus improbat. ac suos substituit, quod & in aliis Poetis audet. Christias, inquit meretur summam laudem. De stylo ita censeo. Esse sui dissimillimum: quia Catulli, Virgilij, Lucretij commiscuit imitationes. Hymni & Eclogę puerilia sunt aut plebeia. Aspersit næuos, veluti pictor exesas rupes, diruta palatia, columnas dimidiatas, nutantia fastigia, pyramides truncas &c.

LV. SANNAZARIVS

In Sannazario ista ferè non probantur, quod Musas & Numina Ethnica in rebus sacris inuocauerit: quòd dixerit, *Spes Fida Deorum*; quòd à Somnijs Briarei, & centaurorum

rum, & Gorgonum, & Scyllæ, & Sphyngis, & Chimæræ, & Hydræ, & Harpyarum &c. non abstinuerit.

BOETIVM SEVERINVM, Valla quibusdam in locis emendat, & latinè loqui docere conatur. LVI. BOETIVS.

De SIDONIO APOLLINARI, supra iam diximus: cuius stylus neque in soluta Ciceronem, neque in ligata Virgilium, aut Nasonem aliquem videtur imitari. LVII. SIDONIVS.

Iouius, de BAPTISTA MANTVANO sic. *Octogenario maior Mantuæ decessit, non planè felix, cum in extremo vitæ actu defensionem contra Criticos, scribere cogeretur. Qui eius Poemata obeliscis non inanibus miserè confodissent. Federicus autem princeps marmoream ei effigiem, cum laureâ posuit, quæ in arcu lapideo iuxta Vergilij Maronis simulacrum conspicitur.* LVIII. BAPT. MANTVANVS.

MICHAELIS VERINI Versiculi sunt innocentes, & planè iuueniles. LIX. VERINVS.

H MV-

Var. lib. 15. ca. 17. Mvretvs. Gabriel Faernvs homo Latinæ quidem Linguæ non ignarus, sed Græcè prorsus expers.

LX. Faernvs.

LXI. Alciatvs.

In Andrea Alciato sententiam magis & prudentiam spectabis, quàm acumen, aut singularem Elegantiam sermonis.

Longissimum hoc caput longius faciunt nostri temporis Litteratores Hæretici, qui cum alia sibi impudenter tribuunt, tum litteraturæ politioris, si Diis placet, magna se ornamenta venditant; audentque inuadere pugiles hac in Palæstra exercitatissimos. In illo nempe toti triumphant, vt secum adeò natas has esse litteras, vnaque secum interituras putēt; Ad nos semiunciam illius assis deuenisse, quâ linguæ Latinæ mendicitatem vix defendamus. Quibus ego, si præteritis infinitis politiorum litterarum inter Catholicos luminibus & Principibus vel Societatem nostram, atque ex ea Stradam aut Bider-

Bidermanum aliquem opponam, conticeſcant, neceſſe eſt. Nam quas iam non cædes in hoc genere Thraſonum fecere Scribanij? Loquatur pro multis vnus; Et ſuos defendat Agoniſta

--- *& Circo, & Ceſtibus aptus.*

Iactant Hæretici, ſibi Gallo Britannos Icaros, & Veronæ mentitos exules, & hauſtos Indico naufragio Douſas obtigiſſe; qui ſoli primíque Græcas Romanáſque in Germaniã colonias deduxerint. Magnificè hæc multa; &, ſi dimidium credamus omnia verè. Quos ego tamen Thraſones ſi rogem, quibus finibus hoc ſuũ litteraturæ manſuetiores regnum circumſcribant, vt adeò noſtrum ad illos nemo poſſit adſpirare? dicent opinor, omnem & Græci Latiníque ſermonis elegantiam; & Hiſtoriæ, Oratoriæque dignitatem & Poeticæ Criticæque laudem; & Philologiæ demum, atque antiquitatis totam

farraginem circumplecti. His enim omnibus præstare se ceteros mortales Loioleis verò, nihil istorum, præter crustam, & inanes exuuias, in spolium reliquisse. Possem hic ego armatus ad singula occurrere; si lites causæque forenses placerent. Nunc summatim pauca ne prorsus taceam repono. Nam Græcis quidem litteris præstantes, & habet Societas plurimos, & instituit quotidie multos. Exstant huius monimenta & visuntur hodie tam aperta, vt erubescam, velut in re dubiâ Frontones, Schottos, Marios, Petauios, Causinos, citare; quippe absentes, aut nuper defunctos: cum in oculis Pontanos habeam, & Raderos & Schônlederos; quibus omnibus Adolescẽs doctissimis præceptoribus sum vsus: Accedit, quod nihil in ludo nostro tam familiare est, quam vt in prætextâ pueri græcanicè, iam prosa vorsaque oratione ludant. Sed eximium illud

illud arbitror, quod Paullus Bombinus gratiosè narrat, euenisse in Britanniâ, vt Edmundo Cãpiano, apud Hæreticos disputante Scioli quidã ad Græci Euangelij fidem prouocarent; simulque oblato codice Græco, quid acturus noster esset, auidè exspectarent. Sed Campianum, quod non nesciret, librum manu hæreticâ iam esse deformatum, ne apertum quidem, placidè reiecisse. Mouit ea repulsa suspicionem Hæreticis, apud Edmundum Græca neque legi iam olim, néque intelligi. Inde haud dubius risus; mox ioca illiberaliter, & sales in hominem congesti, gratulantium Edmundo, hunc sermonis Attici Leporem. Cum ille nihilo commotior, silentio cauillum sorberet, aliique tanto effusius sibilis indulgere, & ludibundi ingerere triti adagij scomma pergerent; Prouocatum est haud multò post ad Basilij fidem. Affertur continuò Græcus

Edmundi Camp. litteratura Græca.

iterum liber:hîc ecce!procacibus cachinnis natantes iam oculi præcoci ſpe alteram Græciæ repulſam exſpectabant; cui inſtauratis mox iterum iocis ſalsè applauderetur. Sed fefellit hiantes exſpectata voluptas. Nam obtruſum ſibi codicem nihil ſane auerſatus Edmundus, ita accepit, vt oculis in libri locum modeſtè coniectis, primùm lecta omnia promptè venuſtéque pronuntiaret, Græcéque recitata, mox patrio ſermone verbatim ſic verterat, vt omnia Baſilij ſenſa, non modo propriè, ſed etiam terſè reddita agnoſcerentur. Atque hîc demum apparuit ab Edmundo non iactatam ebulliiſſe, ſed in tempore locóque expreſſam Linguæ Græcæ confeſſionem fuiſſe. Animaduerſumque eſt, multorum ora iam præcepto riſu turgentia, ſic repente compreſſa, detumuiſſe, vt tacitè nullius ante nec ſilentio, nec eloquio generoſius victam ſe ſuperbia confitere-

teretur Hæc de Græci ſermonis notitiâ; Ad Romanæ Linguæ nitorem ſi progrediar eum inuenire mihi videor ſane haud plebeium in Horatio noſtro Turſelino, inque Petro Maphæo, Mariana, Franciſco Sacchino, Orlandino, & hoc ipſo vel in primis, quem commodum laudaui, Bombino: Quorum omnium Hiſtoriæ leguntur, ſtylo tam rotundè culto, vt eo ne Romam quidem, cum Criſpos adhuc Liuióſque procrearet, aut ſcribi olim, aut ſcribere puduiſſet. Nec in Hiſtoria ſe ſola hic calami ſtylíque vigor tenuit. Famiano Stradæ, Cauſſinóque tota Rhetorice, Perpiniano autem Bencióque inter Oratores, Orator Muretus: & Gazæo demum, Stephonio, Malapertio, ipſa Poeſis applausêre. Neq; ſuperi faxint, vt adeò paucorum ea ſit gloria, qui ſyllabo tam breui oẽs poſſint numerari: alij Trecẽti, quod quidam ait, ad hanc metam coniurati tendimus;

Societatis ſtudia Latinæ Linguæ.

mus; Et multi interuallo aliquo ſequuntur, aliqui etiam præcurrunt: neutri ſuo decore ſpoliandi. Adhæc ſunt innumeri, qui omnibus his claſſibus ſeſe inſerant; æquè ſacris atque humanis litteris docti? Quo enim in genere ſic valere dices Delriũ, Gretſerum, Adamum Conzen, vt in alio quouis non perinde præſtent? Ite, librúmque vel vnum euoluite, quem de Scriptoribus, viríſque doctis edidit, Ribadeneira: & mentiar, niſi tantum admirationis paritura eſt Societas, apud prudentes; quantum contemptus Voluſianæ & Emporeticæ chartæ. Sed video, quid adhuc morentur iſti: nullos dum Criticos, neque Palæologos, quibus ipſi nimirum eminent, produxi. Poſſem & hos, ſed non fortaſſe tales, qualibus plauderent iſti. Quos enim iſti alios adorant, quàm quos audiunt, malè hærentem Petronij verſum in ſuos potuiſſe numeros reducere? Aut è
Ma-

Madaurensi stabulo infame scrutum eruisse? Aut hiantem in Tibulli Lenociniis lacunam implesse? Aut aliam operam in pingendâ Terentij Eunucho fecisse? Hos illi solos diuinæ particulam auræ nactos esse; Neque alios aut Patres Patriæ salutandos, aut Litterarij Senatus Principes legendos videri, quam qui hæc probra latissimè nudissiméque instaurent. Apagete hos Deliæ, Lesbiæqúe procos à Christi parthenone Nos hæc litterarum propudia, atque innocentiæ scopulos syrtésque, tanti nec ipsi facimus, vt inde nomen aliquod nobis mercemur; Nec alios in Lyceo nostro, ad hæc animi naufragia incautos ferri sinimus; Sed Iuuentutem, quà fieri potest, etiam præcepto; quà non potest, certè consilio, auocamus. Eâque re, & nullam Eruditionis iacturam facimus; & magnum honestatis capimus emolumentum.

Capvt IX.

An Latinæ Linguæ Studioso, solus Cicero legendus?

Hanc Quæstionem fecerunt quidam superstitiosi dicam magis, an accurati, latinitatis Magistri: qui vt cum Nizolio omnes Ciceronianè loqui docerent, multa optima verba (vt rectè notauit Grunnerus) apud Vergilium, Horatium, Ouidiũ, Terentium, aliósque Latinos Auctores celebrata, nescio quo cõsilio, reiecerunt. Non enim *Adoro*, sicut Vergilius, sed *Colo, Veneror*, vt Cicero: nec *Ambages*, sed *Circuitio*: non *Vnanimis*, sed *Cõcors, Consentiens*, nec vt Horatius, *Pauperiem* sed cum Cicerone *Paupertatem*: nec cum Terẽtio, *Infortunium*, dicere curant, sed rectè, ait idem, hanc Nizolij (& Nizolianorum) diligentiam paucis docto-

Introduc. ad Eloquentiã.

ctorum placuisse, imò multis displicuisse. Nam *primò*; si intra Ciceronis opera, tota latina lingua continetur, cogemur tandem multis in rebus obmutescere: cum nomina quam plurima sint & elegantes dicendi phrases, quæ apud illũ non reperiuntur. Quid enim? Nunquid quia Butyrum, Acetum, aut Sinapiũ apud Ciceronẽ non inuenio; ideo iis vti minime licebit? cum tamẽ apud alios Auctores æquè latinos reperiantur. *Secundò*: nec Cicero ipse tantum sibi tribui voluit, vt nihil aliis gloriæ & ingenij relinqueret. Non enim vir ille maximus latinę linguæ *Inuentor* sed, vt ita dicam. *Limator* & *Exornator* fuit. Huc accedit *tertiò*; quòd magna pars scriptorum Ciceronis exciderit, in quibus tamen pro argumentorum varietate sine dubio, diuersis etiam, atq; aliis ab his quæ extant, tã vocibus, quã phrasib⁹ aliquando locutum esse arbitramur. Illis igitur in aliorũ monumẽtis conseruatis, atq; ad nos trãsmissis quis vti

I. *Causa cur præter Ciceronem etiam alij Auctores Latini legendi.*

II. *Causa.*

III. *Causa.*

prohibebit? Rectissimè igitur fecerit, qui secutus fuerit Regulam sententiámque Quinctiliani; *legendos in Græcis Demosthenem, atque in latinis Ciceronem. tum ita, ut quisque esset Demostheni & Ciceroni simillimus.* Qui autem isti? inquis; Respondet Andreas Schottus his verbis. *Adæquales quoque Ciceronis, hoc est, aurei sæculi scriptores, respectum habendum: terendósque censeo.*

Lib. 10. cap. 1.

Tull. quæst. lib. 2. cap. 1.

C. Cæsarem.
C. Salustium.
T. Liuium.
P. Terentium.
M. Varronem.

Ex hoc etiam numero poëtæ sunt.

P. Virgilius.
Q. Horatius.
C. Catullus.
Al. Tibullus.
Sex. Propertius.

Addimus nos:

P. Oui-

P. Ouidius Naso.
qui in suo quique carminum genere familiam ducunt. Ita quidem Schottus.

Franciscus Sacchinus verò, tria vniuersim præcepta in seligendis, legendísque Auctoribus obseruanda esse tradit. *Primum*: Vt legantur optimi quique. *Secundum.* Vt legantur in quaque doctrinâ principes. *Tertium*: Vt legantur qui maximè ad cuiusque ingenium faciant. Nos denique quid hac etiam in parte vtile Iuuentuti fore iudicemus, sequenti capite clarius demonstrabimus. *Libello de ratione libros legendi cap. 3.*

CAPVT X.

Qui denique pro quauis facultate legendi Auctores Adolescenti, ex nostra sententia.

DIfficilis ad hanc interrogationem responsio iam non videtur;

tur: si intelligas ea, quæ superioribus capitib. commemorata sunt. *Libris*, inquit Seneca, *non refert quam multos habeas, sed quam bonos*. Cui Plinius Iunior quàm optimè consonat: *memineris*, inquit, *sui cuiusq; generis Auctores diligenter eligere. Aiunt enim multum legendum esse, non multa*. Legentur igitur nostra quidem opinione vtiliter scriptores isti.

Epist. 45.
Lib. 7.
Epist. 9.

PRO STYLO LATINO FORMANDO.

Cum M. T. Cicerone (qui tibi sit instar omnium) omnes illi fructuosè legi possunt, tam solutæ, quàm ligatæ Orationis, qui eodem Aureo seculo latinitatis, vt supra posuimus, vixerunt. Sed in specie magis, hunc ordinem in legendo poteris obseruare in Antiquis

PRO STYLO EPISTOLARI.

Cum M. T. Cicerone,
C. Pli. Iunior.
L. Annæus Seneca.

PRO HISTORICO.

C. Iulius Cæsar.
Crispus Salustius.
Aemilius Probus.
Q. Curtius.
T. Liuius.

Tum verò etiam,

Vel. Paterculus.
Plinius Maior.
Val Maximus.
L. Florus.
Iustinus.

PRO ORATORIO.

M. T. Cicero.
Q. Fab. Quintilianus.

Te tamen in his quoque generibus ſcribendi admodum iuuare poſſunt verbis, & ſententiis:

P. Terentius.
Act. Plautus. } caſtigati.

PRO HEROICO CARMINE.

P. Vergilius Maro.

C. Va-

C. Valerius Catullus.
Lucretius.
Manilius.
Statius.
Lucanus.
Silius Italicus.
Claudianus.

PRO ELEGIACO.

Q. Valerius Catullus.
Aul. Propertius.
A. Tibullus.
P. Ouidius Naso.

PRO EPIGRAMMATE.

P. Valerius Catullus.
M. Valerius Martialis.
Ausonius.

PRO SATYRICO SCRIBENDI GENERE.

Q. Horatius.
Iuuenalis.
Persius.

PRO EPICO ET LYRICO.

Q. Valerius Catullus.

Q. Ho-

Q. Horatius.
Boetius.

PRO COMICO.

P. Terentius.
Act. Plautus. } correcti

PRO TRAGICO.

Annæus Seneca.

Noui & recentiores Scriptores non facilè sunt attingendi, donec aliquo modo stylum ex antiquioribus formaueris, & confirmaueris. Quod intelligendum de iis, qui iam Grammaticorum præcepta transgressi, in stylo expoliendo elaborant. Nam illis, qui rudiores adhuc sunt, & pro lingua, constructione, & phrasi desudant, non tantum non obsunt elegantia quædam recẽtiorum scripta, verum etiam præ antiquorum sæpe prosunt. Hoc ergo obseruato, legentur à te ex nouitiis scriptoribus cum fructu isti. *Quibus legendi Veteres Scriptores.*

PRO

PRO EPISTOLA.

Paulus Manutius.
Ant. Muretus.
Pet. Bembus,
Iacobus Sadoletus.
Greg. Cortesius Cardinalis.
Christ. Longolius.
Petrus Maphaus.
Petrus Bunellus.
Pau. Sacratus.
Ant. Balearius,
Pet. Victorius. &c.

PRO HISTORIA.

Hieronymus Osorius.
Petrus Maphaus,
Carolus Sigonius,
Nicolaus Orlandinus,
Franciscus Sacchinus.
Matthaus Raderus.
Iacobus Bidermanus.
Andreas Schottus.
Vergilius Ceparius.
Horatius Turselinus.
Andreas Brunnerus.

Seba-

Sebaſtianus Beretarius.
Paulus Bombinus. &c.

PRO ORATIONE.

M. Ant. Muretus.
Pet. Ioan. Perpinianus.
Franciſcus Bencius.
Chriſtophorus Longolius.
Iulius Nigronus.
Tarquinius Galutius.
Dionyſius Petauius.
Melchior de la Cerda. &c.

PRO CARMINE HEROICO.

Iacobus Sannazarius.
Franciſcus Bencius.
Hieronymus Fracaſtorius.
Iacobus Bidermanus.
Carolus Malapertius. &c.

PRO ELEGIACO.

Hermannus Hugo.
Franciſcus Raimundus.
Cliens Parthenius. &c.

PRO

PRO EPIGRAMMATE.

Franciscus Raimundus.
Iacobus Bidermanus.
Bernhardus Bauhusius. &c.

PRO STYLO COMICO.

Cornelius Schöneus.
Nicolaus Susius. &c.

PRO TRAGICO.

Nicolaus Causinus.
Carolus Malapertius
Dionysius Petauius. &c.

PRO LYRICO.

Leuinus Torrentius.
Matth. Casimirus Sarbiuius. &c.

Sunt fortasse alij, qui suadeant aliud: nos, melioribus consiliis locum semper damus: interea nobis hic maximè ordo Auctorũ à Iuuenibus obseruandus videbatur, qui tametsi nõ semper sit (quod animaduertes) aut ætatis aut dignitatis: est tamen vt opinor, & facilitatis, & vtilitatis: quæ duo

duo maximè in præcipiendo & docendo ſpectanda ſunt. Quod ſi quis, ita animo comparatus eſt, vt vel ſolo Cicerone vel alio aliquo contentus eſſe velit; eique ſe vni vnicè, tãquam mancipium dedat; ille Fabium audiat: *Ne hoc quidem ſuaſerim*, inquit, *vni ſe alicui propriè quem per omnia ſequatur addicere. Longè omnium perfectiſſimus Græcorum Demoſthenes; aliquid tamen aliquo in loco alij melius. Plurima ille. Sed non qui maximè imitandus etiam ſolus imitandus eſt. Quid ergo? non eſt ſatis omnia ſic dicere quomodo M. Tullius dixit? mihi quidem ſatis eſſet, ſi omnia conſequi poſſem. Quid tamen noceret vim Cæſaris, aſperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudicium Calui quibuſdam in locis aſſumere?* Sed de hac re Capite ſingulari.

CAPVT XI.

Quomodo, Quantum, Quando, Quo fine legendum.

QVandoquidem omnis Eloquétiæ discipuli profectus ferè
I. pendet ex duobus: *Auditione* boni
AVDITIO. & periti latinitatis Magistri: deinde etiam *lectione* probatorum Auctorum: magni vtrumque ingenuus Adolescens facere, summâque diligentiâ præstare debet. Auditio frequentiam, in scholis præsentem atque intentum animum, vigilantiam & quietem; tum denique incensum & viuax proficiendi desiderium po-
II. stulat. In lectione librorum quatuor
LECTIO obseruanda præcipuè. Ordo: Constantia: Tempus: Fructus.

I. I. De ordine, qui in legendis
ORDO. Auctoribus tenendus, nihil video admo-

admodum dicendum: quandoquidem ex iis quæ ſuperioribus capitibus dicta ſunt, intelligi ſatis poſſunt. Ab optimis enim inchoandum ſcriptoribus nemo dubitat: optimi qui ſint, eſt dictum ſupra. Non enim parentibus illis latinitatis neglectis, ad neſcio quos nouitios & heri natos vtiliter deflectitur; ſic recte præcipiente Sacchino. Ad ſummam ſic habeto: qui poſteriorum contenti ſunt lectione, tanquam hi cum ea quæ ſuperiores, tum alia ſuper ea contineant, nunquam ad plenum ſententias noſcere ſuperiorum, nec rarò in errorem induci: & quam plurima ignorare quæ ſuo ipſi ſtudio (nam aliis alia placent) obſeruauiſſent.

II. Conſtãtia legẽdi cõſiſtit in eo, vt ab initio ad extremũ vſq; non impeditâ interim intercalari aliquâ, & ad rem faciente compoſitione, & exercitatione ſtyli proſequaris librum in II. CONSTANTIA.

in manus sumptum. *Ita argumentum* inquit idem Sacchinus, *operis totum, résque singulæ, ac series disputationis percipietur facilius, & hærebit fidelius. Neque tædium capies si quadam spinosiora interueniāt, neq; transilias. Est aliquid totum vidisse. Sæpe inter ea quæ credideras inutilia & aspera, inuenies quæ vsui in loco sint maximè. Deniq; nisi videris, semper animus incertus hærebit, quid prætermissum sit, ignorabisq; semper nec rarò prætermissum dolebis.*

Loco citato.

III. Tempus quod & quantum cuidam Auctori tribuendum, nemo melius docet eodem Sacchino his verbis. *Qui formando stylo dant operam, eos velim matutinis, aut aliis quā maxime opportunis horis Tullianæ lectioni insistere; vt cum vacat animus, dum recens ac vegetum est ingenium, succum illum salubrem saporémq; imbibat, horámq; minimum vnam in ea re diebus singulis poneret.* Cum tem-

III. TEMPVS. *Lib. cit. cap. 7.*

sum-

ſumpturi ſunt ſtylum, breue aliquid lectitent, vel ex Oratore vel Poeta: & quæ alia ſupra monuimus. Cæterum cum hiſtoria, aut quid aliud facilioris doctrinæ percurretur, horas ei negotio licebit tribuere vel à cibo proximas, vel magis occupatas ac minus certas: tantum verò legendum erit, quantum cætera patientur Litteraria munera. Attemperari enim inter ſe ſe & conſentire debent. Scitum illud: Ne quid nimis, valet vbique: Sed & illud huc ſpectat: temporis ſummam ſemper eſſe rationem habendam: nec facile aliquam illius partem abſque vtili lectione tranſmittendam. Imitandus eſt igitur, ſuaſore Sacchino in hac bona temporis auaritia, Vticenſis Cato, qui fertur in ipſam curiam ſolitus adire cum libro: dúmque conuenirent Senatores ne ſederet otioſus, aut fabulis tempus tereret, lectitans expectare Imitandi Iunior ac Senior Plinius, aliique qui vel ſuper

Lib. citato cap. 6.

Valer. Maxim. lib. 8. c. 7.

Plinius Epist. lib. 7. Epistola 36.

mensam recitari sibi de Codice volebant; & infra. Cauendum igitur primùm in hisce temporibus est, ne inter manus elabantur: nec committendum, vt pecuniæ auari, qui nullam præterire lucri causam patiuntur, studiosos Sapientiæ curâ superent. Deinde videndum, vt quam vtilissimè collocentur. Ac primæ eius cautionis duo sunt monita: alterum, vt quisque norit quæ sibi soleant esse vacua tépora, quæ facilè consequetur, si totum diem, vt dixi, cum ratione dispenset, & certa cuique actioni destinet spatia, teneátque constanter. Alterum, vt librum nunquam, seu de manu seu de sinu dimittat, siue deambulatum abeat, siue sacra templa longè posita salutatum, siue quempiam, aliorúmue officij aut negotij causâ conueniat, librum sinu gestet. Is moras expectandi leuabit: is comitabitur ambulanti iucundè: is faciet, vt si cætera non successerint è sententiâ labor

bor & dies frustra me fluxerit.

Fructus denique lectionis in hoc ferè consistit, vt habeas Libellos seu Aduersaria, in quæ referas ea quæ ex Lectione probatorum Auctorum obseruasti, in quo magnus delectus habendus. Vt enim probari non solet à doctis, si quidlibet ex quolibet excerpas, atque annotes: sic eorum quoque desidia reprehenditur, qui nimium fidunt memoriæ, & laborem exscribendi, & in Aduersaria referendi penitus omittunt. Duo enim præcipuè fructus ex eiusmodi labore redundāt, vt rectè obseruauit Sacchinus. *Primùm: ipsa scribendi, adnotandiq; cura intentionem legentis exuit: itaq; lectio fit multo meditatior, eóq; clarius res intelliguntur & subtilius expenduntur. Deinde, ipsa quoq; scriptio & intelligentiam iuuat, & altius menti res imprimit, dum diutius immoramur in eodem, sæpiusque relegimus ac retractamus.* Pessimè igitur illi sibi consulunt,

IV. FRVCTVS.

Libro locut. cap. 11.

qui hunc laborem omittunt, quem docti viri tantopere commendatum habuerunt. Noui magnum virum, Oratorémque disertissimum, olim in Rhetoricis professorem meum qui vigesies nouies M. Antonij Mureti Orationes à quodam perlectas dicebat: eo fructu & voluptate, vt cum vltimo legeret, multo maximè delectaretur. Demostenes sua manu, si Dionysio Halicarnasseo credimus octies totum exscripsit Tucydidem. Nimirum fallax est humana memoria onerata fatiscit, referta perturbatur. Quid? quod multa vel prætermissa ab aliis vel mutilata, vel prauè intellecta reperiet qui diligenter legit, relegit, aut exscribit? iisdem certè multò aptius, fidentiúsque ac libentius vtetur, vt suis. Profectò fidem superat, si quis & accuratè, & continenter scripto conseruet, quicquid memoriâ dignum constans Lectio in dies offert, quanta, quam breui egregiarum rerum

VVolffgangus Starck, Dilingæ Professor Rhetorices.

rum copia congeratur. Non caret opus labore. Verum nil ſine magno vita labore dedit mortalibus. *Illa ad extremum eſt opportunitas, quæ vel ſola laborem rependit: quod poſt aliquod tempus breue Selectorum volumen pro Bibliotheca eſt, quàm vbi libri ipſi non adſint, ad manum habere, & familiarem tibi facere, & quocunq; libitum eſt, circumferre modico negotio poſſis.* Hæc ferè Auctor citatus. Cæterum varios ea ſcribendi & annotandi modos, nec omnino improbandos idem ita tradit. Videmus inter legendum alios aliter, quæ ſelectiora putent diſtinguere, vt promptiora, cum popoſcerit vſus, habeant; neque illa commemorarim & dictu & vſu minuta; vt ſubducant alij lineas verſibus ſingulis; locum alij totum lineâ circumſcribant; quidam inter pagellas tæniolas chartaceas audacius interiiciant. Secundaria ſunt hæc adiumenta, iis relicta, quibus prima occupationes

graues eripiunt, ſtilóque vti non vacat. Quid porrò de iis dixeris, qui ſatis habent, vngue notas imprimere? illi quidem nec memoriam ſubleuāt, & malè de libris merentur: & ipſis iniuriam locis inſignioribus faciunt, quos fœdo & damnationis ferè indice ſigno deformant. *Commodiſſimum hoc in genere exiſtimârim, ſummam rerū præclariorum in exteriorem paginæ oram (in ſeparatam chartam, ne tibi maculentur, ego malim) eximere: quod ſi ſemel factum ſit, horâ deinde breui licebit libri vel grādis renouare memoriam.* Mos eſt non nemini certas notas, quas ipſe ſibi arbitratu ſuo deſtinarit, & ad certas ſignificationes accommodarit, vt quidque notandum occurrat, appingere; quod & commodi nonnullius eſt, nec abhorret à more priſco: & infra. Non itaque reprehenderim, ſi quis vel vſitatas, vel quas ad ſuum propriè vſum ipſe excogitarit, adhibeat notas inter legendum,

Quâ ratione fructuosè excerpantur.

quibus certum quid significet : vt si, Exempli gratia vbi Crucem appingit, ibi intelligatur esse sententia ad mores notabilis: vbi Circulum, ibi elocutio insignis: & alia id genus prout cuique libuerit. *Verum tu, me Auctore, nequaquam excerpendi labori parces.*

CAPVT XII.

Cùm omnium Eruditorum ore, & calculo, M. Tullius Cicero sit elegantissimus latinæ linguæ Magister: cur illum tam pauci exprimant, tam multi ab eius dicendi genere discedant?

RES vtique digna & admiratione, & consideratione: quæque dili-

gentius perpensa atque examinata libello huic finem non inutiliter videatur impositura. Tametsi enim M. Tullius Cicero latinitatis parens dici minimè possit aut debeat; id tamen industria & ingenio suo assecutus est, vt illa ab humilibus & obscuris orta principiis, ad summam perfectæ elegantiæ dignitatem omnibúsque numeris absolutam formam peruenerit: vt permirum sane sit, adeò paucos esse tam de nouis, quàm antiquis, qui ipsius vestigiis conati insistere, Ciceronianā dictionem maluerint, quàm alterius cuiuscunque stylo exprimere, figurâ dicendi repræsentare *Vt enim in vestimentis varia materies, variæ figuræ, variíq; colores, & placebant olim & nunc etiam placent; non secus & in dicendi generibus. Sunt enim nostrâ tempestate plurimi, qui panno vestiantur libenter, qui sit contextus ex lato illo Ciceronis stamine, & presso Plinij subtegmine: admittunt etiam* *tra-*

Io. Fran. Picus In. Epistola ad Pet. Bembum Card.

tramam Celsi & Columellæ: Alij quia frigus fortasse metuunt, conantur vt euoluant scrinia CARMENTÆ, *vnde peplum subripiant aptandum sibi. Nec eo contenti, vetustos illos & cariosos Romanorum augurum & Martiorum fratrum cophinos adeunt. Atque cum rescîuerint Catonem & Lanium ditasse patriam, in eorum etiam suppellectilem prædabundi & populabundi penitus irruunt. Nec desunt qui Asinum cùm existiment bellum animal, & aureum, de illius pilis sibi lacernam conficiant.* Cur igitur inquis, neglecto Cicerone ad horum phaleras certatim diuertit vulgus scriptorum? quid adeò in illo displicet? nihil admodum, credo; nisi quòd liquidum, sublimè, arduum ipsius dicendi genus, planéque Romanum assequi non possint. Hinc cuicunque alteri se similiores malunt, quia fieri possunt. Reperies fortè qui & allium aliquem tumore non æquet modò, sed etiam superet,

qui ad Papinianam audaciam, granditatémque quàm proximè accedat; qui Annæi sententias acutas, & auisa orationis Stoicæ Sophismata, quàm felicissimè æmuletur: Sed qui cum M. Tullio Cicerone æquo passu ambulârit, adhuc repertus est nemo. *Nam qui non ita censent* (verbis vtor Ioan. Francisci Pici) *illud, oro, dissoluant, cur ij, qui Ciceronem tam laudant, quàm qui maximè, illum ipsum tamen non sunt imitati stylo scilicet & figura dicendi? an id scilicet facere non potuerunt, Celsus, Cæcilius, Plinius, Fabius, alij Ciceronis seculo proximi? cum restarent adhuc tanquam reliquiæ, & inuiolata illa quidem puri Romaníque sermonis, ipsámque latinitatem sugerent cum lacte nutricum? An ignorârunt imitandum esse, magno scilicet & excellenti ingenio viri, qui & aliis de imitatione præcipiebant? Dicendum potius videtur: eos noluisse: ne si voluisse, quod non potuerant efferamus, vel tacitè*

Loc. & Epist. cit.

NB.

tacitè nos eorum opponamus gloriæ, qui quod illi non potuere viri clarissimi, nos ipsi vel obtinuerimus, vel speremus. Vin' aliam audire caussam neglecti & (indignum facinus!) spreti per socordiam an vafritiem Ciceronis? Ab Edmundo Richerio accipe, & sectam illam improbam detestare. ita queritur. *De nonnullorum hominum calliditate & astutia, ne quid liberiùs dicam, conqueri habet; quibus, cum per ingenij paupertatem minimè concessum esset, ad flumen illud Tullianæ Eloquentiæ accedere, instar vulpeculæ decurtatæ, quæ aliis animantibus caudam impedimento, & dedecori esse prædicabat, M. Tullij stylum, tanquàm puerilem, superuacuum, improprium, & inelegantem cauillantur: insuper etiam quicquid usquam inuidi & obtrectatores pessimi in Eloquentiæ parentem vomuerunt, id omne tanquam muscæ aut canes maligni lambere, & in eundem Ciceronem impudenter dispergere non*

Alia, cur quidam Ciceronē non imitentur, causa.

Diligenter obserua similitudinem.

verentur. Quandoquidem omnibus incedunt latitius, & se errori suo magnum inuictum, & inexpugnabile vallum obstruxisse, ac reperisse opinantur, dum audiunt leuitatem, inconstantiam, & mobilitatem animi M. Tullio datam fuisse opprobrio, eiúsq; orationem istos mores redolere; tumidamq;, superfluã, parum antiquam, elumbem, solutam, eneruatam, longis Exordiorum præparationibus molestam, multarum diuisionum serie insuauem, ac putidam esse iactitant. At verò si voluissent ex eodem mortario, in quo venenum istud intriuerant, Medicinam salutarem Ciceroni propinare poterant, &, si qua est in eis mica salis omnia hæc maledicta, quæ auctor Dialogi De causis corruptæ Eloquentiæ *publicauit, partim ab inimicis Ciceronis, ex certa in illum inuidiâ, partim ex quorundam hominum sensu, & priuata opinione, non secundum naturam, & causas eloquentiæ, fuisse prolata.* Et meritò queritur idem:

idem Gothica eloquentia patrum nostrorum laboribus extincta & consepulta, iam reuiuiscere & florere incipit: quoniam omnes inter loquendum, quasi vespæ excandescentes, præter spinas, & argutos sententiarum similiter desinentium aculeos, nihil aliud ostentant, exerunt, distringunt; quo modo à verà Eloquentia toto aberrant cælo. Cap. 6.

FINIS LIBRI PRIMI.




LIBER

LIBER SE-
CVNDVS.
DE
OCCASV
LINGVAE
LATINÆ.

DE OCCASV LINGVÆ LATINÆ.

CAPVT I.

Quando cœperit Latinæ linguæ interitus.



Vod ceteris ferè rebus humanis ac mortalibus euenire ſolet: vt, cùm ſummum perfectionis apicem attigerunt, fatiſcant denique, atque ad interitum ſpectent; id in Latinâ maximè lingua videre fuit: quæ, cùm longè elegantiſſima, perfectiſſimáque ſub M. Tullio Cicerone fuiſſet, non diu poſt eundem, in antiquo illo vigore ac venuſtate perſeuerauit. Et

Fa-

Fabius quidem insignis semper summi illius orationis & admirator, & venerator, & propugnator, quoad vixit, eum non modò egregiè pro sua virili commendauit, verùm etiam vniuersæ Eloquentiæ *tibicinem* quodammodo latinique sermonis *columnam* proclamauit : quâ corruente, corruere & ipse lingæ natiuus decor, & in turpe senium degenerare illa præclarissima latinitatis forma cæpit. A Quintiliani igitur temporibus hoc est octoginta circiter post Ciceronē annis, Romanus character cæpit ad barbariem deflectere : eòque demùm processit malum, vti penitus ignoratâ phrasi latinâ, Philosophi posteriores, priores illos minimè intelligerent; adeóque nec Causidici Oratores, nec Legulei Iureconsultos, nec ceteri Latinos, bene perceptos, atque perspectos haberent. Causæ deprauationis huius rectè ab Grunnero assignantur duæ.

Pri-

PRIMA fuit: *Nouandi vocabula perniciosa libido, & insanum desiderium*: Diomede Grammatico ita apertè confitente, & conquerente. *Iniecit postea ætas manum, & veluti disciplinam prisci seculi; ita sermonem fastidire cæpit, & noua veluti parturire verba. Quid, quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod alius dixerit? à corruptissimo quouis poetarum figuras, & translationes mutuamur, tunc demum ingeniosi; ad intelligendos nos opus sit ingenio.* Ponit hoc loco idem Auctor quædam exempla eiusmodi fictorum nominum. I. *Causa corrupta Linguæ: nouandi voces libido &c. Introd. ad Eloquen.*

Capitaneus, pro duce belli.

Memoriale, pro monimento aut pignore amoris.

Totalis, pro toto, aut integro.

Prælatus, pro Præside aut Antistite.

Conterraneus, pro populari.

Portarius, pro Ianitore.

Recompenso, pro Compenso.

Re-

Recommendo, pro Commendo.
Murator, pro Fabro cæmentario.
Registrum, pro Tabulis rationum.
Vniuersaliter, pro Vniuersè.
Et alia sexcenta; de quibus paulò post copiosiùs.

II. *Causa corrupta Linguæ significationis Verborum permutatio.*

Altera linguæ latinæ perdendæ causa fuit, *significationis Verborum permutatio.* Cùm enim posteri minus attenderent, quid optimi illi, veteres Latini, vnoquoque verbo indicare vellent, ipsi nouas significationes affinxerunt. Ex quo magna deinde in toto sermone perturbatio secuta est. Atque hæc confirmant tres acri iudicio viri. *Cornelius Tacitus. Quis ignorat*, inquit, *Eloquentiam, ac ceteras artes descivisse ab illa veteri gloria, non inopiâ hominum, sed desidiâ iuuentutis, ac negligentiâ parentum, inscitiâ præcipientium, ac obliuione moris artisq.?* Nec aliud dicit, Iulius Scaliger, *Barbari quippe, ait, cùm Ciceronis imitationem odiosè sustulissent, paria insanis*

In lib. de clar. Orat.

insanis fecere: cùm enim ab illius imitatione nos dehortarentur, effecerunt vt ne se dignos putauerit quisquam, quos imitaretur. Hadrianus idem sic dicit. *Dubitari nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insulsitas, & insolentia, ac quædam, vt ita dicam, orationis insania, siccitas, & inopia ex malorum Auctorum lectione & imitatione nascatur. Hæc iste.*

CAPVT II.

Barbaries expurgata: seu Farrago barbarorum vocabulorum, & dictionum ex probatis Auctoribus emendata. Vbi & de Elegantiis particularum, & Accentuum.

QVandoquidem ad barbara hæc se-

ſecula deuenimns, & virtutes ex Philoſophi ſententia nunquam magis apparent, quàm cum vitia illis opponuntur: hoc capite, quod longum erit, Barbariem ipſam ſeu *Barbariſmum*, in Theatrum quodammodo producemus: eiſque è Regione *Latinitatem* puriſque ſermonis Elegantiam conſtituemus. Et hæ quidem obſeruationes deſumentur I. Ex Mario Nizolio. II. Andrea Schotto. III. Cornelio Looſa IV. Iacobo Pontano. V Horatio Turſelino. Quod tamen ante quam præſtemus, id Lectorem iterum monemus; (nam & alibi id iam fecimus) quoſdam ex iſtis loquendi modis, qui ab auctoribus his vt barbari notantur, atque emendantur, fortaſſe defendi poſſe vt Latinos: maximè, qui à Nizolio ad Ciceronianam amuſſim examinantur: nos tamen nihilominus illos huc adſcribere voluiſſe, quod elegantiori plerumq; formâ ab iiſdem reddantur. OB-

OBSERVATIONES TRIVIALIUM VOCABVLORVM NIZOLIANAE.



Triuialia.	Tulliania.
Adimpleui tuum negotium.	Perfeci.
Aduersitas me premit.	Affligunt me res aduersæ.
Adunaui illos.	Auctor pacis fui inter illos.
Aequiualens est hoc verbum illi.	Idem sonat quod illud.
Affectatio mirabilis est in te.	Affectatè omnia facis.
Affectatus es nimium.	Exquisitus, accuratus, elaboratus.

Tulliana hic appello; quæ ex Tullij ævo saltem & Latina dici potuissent.

Affir

Triuialia.	Tulliana.
Affirmatiua pars negatur.	Pars aiens: vt contrà, Pars negans.
Agibilis es & rotundus homo.	Acer, induſtrius, expeditus.
Aliqualiter doctus eſt.	Intra mediocritatem ingenij, eruditionis, conſiſtit.
Approprio mihi hanc rem.	Vindico.
Aptitudo ad aliquam artem.	Habilitas ad liberales diſciplinas, ſeu facultates.
Artificiale opus.	Ingenioſum artificioſum.

B.

Balbutionem linguæ habet Paulus.	Hæſitat balbus eſt.

Ha-

Triuialia.	Tulliana.
Habeo tres magnos benefactores.	Tres de me optimè ſunt meriti.
C.	
Calefactiua eſt valdè hæc veſtis.	Calefaciendi vim magnam habet.
Calendarium ſæpe mentitur.	Faſti Aſtrologorum.
Caliditas magna eſt in Schola.	Summus calor.
Captiuo Intellectum meum.	Iudicium meũ ſubiicio.
Catarrhum habere.	Deſtillationem humorum laborare.
Ceruicoſus homo es.	Nimium iuris tui, ſententiæque.
Circumlocutione vti.	Circuitione verborum.
Circumſtantiæ ſunt conſiderandæ.	Adiuncta: iudicãdum, quo quidque modo ac ratione fiat.

Triuialia.	Tulliana.
Coincidunt ista duo.	Hæc in vnam formam cadunt.
Coactè.	Per vim.
Combinare non possum.	Connectere.
Cõmensalis meus est.	Conuictor: vno victu & contubernio eodem vtimur.
Compassionem habeo tecum.	Tui commiseratione tangor.
Computus Nũmorum.	Ratio sumptuaria.
Conceptus meos nescis.	Sensa animi, cogitata mea ignoras.
Concernit istud etiam Paulum.	Pertinet ad Paulum.
Concordantia bona.	Suauis concentus.
Concorditer cõcluserũt patres Tridentini.	Coniunctis sententiis decreuerunt.

Con-

Triuialia.	Tulliana.
Concupiſcentia carnis non eſt facienda.	Libido animi non ſequenda, compeſcenda.
Conſanguinitas hoc ſuadet.	Sanguinis coniunctio; Neceſſitudo generis ac ſtirpis.
Conſummatus vir in ſcientia.	Ingenio præſtanti, & eruditione perfectâ.
Conterraneus meus eſt.	Popularis.
Contractum habere.	Commercium.
Contradictoria ſunt hæc.	Contraria inter ſe pugnant.
Controuertitur hoc.	Ambigitur in quæſtione eſt.
Cordialiter te amo.	Ex animo intimo
Correſpondentiam habere.	Mutuum commercium,

Triuialia.	Tulliana.
Criminale est hoc.	Capitale.
Crucifixerunt.	In Crucem egerunt, sustulerunt, cruci affixerunt.
Curabilis non est hic morbus.	Curationem non admittit immedicabilis, insanabilis est.

D.

Deauratus calix.	Inauratus.
Deceptor insignis.	Sycophanta. Impostor, Circúscriptor.
Defectus multos in ipso notaui.	Vitia.
Deforis est nigrum.	Extrinsecus, extimâ parte.
Delator.	Index.
Deputatus ad hanc rem.	Destinatusd esignatus.

Triuialia.	Tulliana.
Deturpauit me in facie.	Inquinauit faciem, maculauit.
Disparitas magna est.	Varietas, Ratio dispar.

E.

Euaginauit gladium.	Strinxit.
Exactè composuit.	Accuratè, limatè, exquisitè.
Exaltauit illum ad honores.	Extulit, perduxit.
Excessiuè malus puer.	Præter modum vt nihil supra.
Exonerauit Asinum.	Deonerauit.
Extraordinariè.	Extra ordinem.
Faciliter.	Facilè, nullo negatio.
Factor cœli & terræ.	Effector, Conditor, Molîtor rerum omnium.

Triuialia.	Tulliana.
Fauorabilis sententia	Popularis.
Fictitia Narratio.	Commentitia, Commentum fabula
Fideiussores duos nactus sum.	Sponsores.
Fomes peccati.	Seminariuũ vitiorum.
Fraternitas hoc non promittit.	Germanitas, Fraternus amor.
Furiatus homo.	Rabiosus, furiosus.

G,

Garrulitas.	Inanis quędam profluentia loquendi.
Generatio hæc non abibit.	Ætas: seculum non finietur.
Gesta Romanorum.	Res gestæ.

Glo-

Triuialia.	Tulliana.
Glorifico Deum benedico.	Gloriâ afficio; laudo ; celebro, veneror.
Gratitudo animi.	Gratia : gratus animus: memoria beneficiorum: voluntas grata.
Grosso modo.	Pingui, crassâ Mineruâ.
H	
Hortulanus.	Olitor.
I.	
Ieiunare.	A cibo vel carnibus se abstinere.
Ieiunium quadragesimale.	Quadraginta dierum inedia, Magnum seu vernum ieiunium.
Ignoranter fecit.	Inscienter: imprudens.
Impossibile est.	Ἀδυώατον : fieri non potest.

Triuialia.	Tulliana.
Improbrauit mihi.	Exprobrauit.
Imputatur tibi hoc crimen.	Attribuitur: adſcribitur.
Inanis gloria.	Falſa, fluxa, vana.
Inceſſanter, indeſinenter.	Nullo temporis puncto intermiſſo.
Inclinatus valdè adhoc vitium eſt.	Procliuis, propenſus.
Ex inconſideratione fecit.	Ex inconſiderantia, ncôſulto.
Incontinens potûs.	Intemperans, nimium appetens potûs
Incorporeus.	Corporis expers.
Incorrigibilis puer.	Inſanabilis, deſperatorum morum.

In-

Triuialia.	Tulliana.
Indiuisibilis socius.	Indiuiduus cõstans, perpetuus.
Intercessor.	Deprecator patronus.
Ineloquens.	Indiuisibilis, infans.
Inextinguibile odium.	Infinitum; immortale.
Infernus.	Sceletatorum sedes: Inferi. Regio damnatorum, Tartarus; Orcus.
Ingratitudo.	Ingratus animus : obliuio beneficiorum.
Est inintelligibile.	Intelligentię nostræ vim ac notionem fugit.
Iniuriatus sum à te.	Iniuriam accepi.
Inopinatè.	Nec opinatò.
Est magna in-	Confusio re-

Triuialia.	Tulliana.
ordinatio apud te.	rum summa.
In quantum possum.	Quantum pro viribus præstare possum.
Insensatus homo.	Stupidus, communi naturæ sensu destitutus.
Insolubilis nodus.	Inexplicabilis, Gordius.
In instanti.	Momento temporis.
Instantiam dare.	Resistere, occurrere: contrà, aliquid opponere.
In tantum malus est homo.	Vsque eò peruersus.
Intentio mea hæc est.	Scopus, propositum.
Intercede pro me.	Deprecare.
Interstitium paruum.	Interuallo non magno.

In-

Triuialia.	Tulliana.
Intitulaui librum tibi.	Inſcripſi tibi: Nomini tuo.
Intrepidus.	Magno animo atque erecto.
Intricatus ſermo.	Qui nec caput, nec pedes habet. perplexus, confuſus.
Irrationale animal.	Rationis expers.
Irreligioſus homo.	Ab omni religione remotus.
Irremiſſibile peccatum.	Inexpiabile.

L.

Lapidare.	Lapidatione facere, lapidibus obruere.
Laudabiliter hoc facies.	Cum laude.
Licitè.	Bonis & honeſtis rationibus.

Triuialia.	Tulliana.
Litigatio.	Concertatio.
Dominus locum tenens.	Legatus belli, prefectus Vicarius Imperatoris.
Lutosa via.	Lutea, lutulenta.

M.

Malefactor.	Malemeritus.
Miraculosa imago.	Portentosa.
Hoc me molestat.	Solicitum habet, malè habet.
Multoties.	Sæpe numero.

N.

Natiuitas Christi.	Ortus, seu dies natalis Domini.
Ego sum neutralis.	Mediam viam ingredior. neque huic, neque illi parti adhæreo.

Nota-

Triuialia.	Tulliana.
Notarius.	Scriba, librarius.
Nullibi.	Nusquam, nulloloco.

O.

Obiter dicam.	Paucis, quasi præteriens, leuissimè tangam.
Obstinatè pergit.	Præfractè, pertinaciter.
Obuiauit mihi Paulus.	Obuius venit, occurrit.
Olfactus.	Odoratus, odorandi vis.
Originale peccatum.	Natiuum malum: quod quasi cum lacte suximus.

P.

Parcitas.	Parcimonia.
Particulare aliquid velle habere	Præcipuum singulare.

Triuialia.	Tulliana.
Passiones animi.	Perturbationes affectiones.
Per accidens.	Temerè, casu, fortuitò.
Perpendiculariter.	Ad perpendiculum, ad lineam.
Piscatio.	Piscatus.
Planeta.	Astrum , vel stella errans.
Quantum possibilitas mea permittit.	Quantum facultas vires permittunt.
Habet practicam in hac re.	Vsum experientiam habet.
Prædicamenta sunt decem.	Attributa rerum: summa rerum genera.
Præsagium animi.	Præsagitio, præsensio.
Prætextus.	Simulatus, species, per simulationem.

Pri-

Triuialia.	Tulliana.
Primatus.	Principatus.
Prodegit sua.	Effudit, diſſipauit.
Profectus in litteris.	Progreſſus.
Profeſſor.	Magiſter artis.
Prolongare.	Proferre diem, protrahere rem.
Promptitudo animi.	Alacritas.
Propalare aliquid.	Diuulgare, enunciare.
Propone quæſtionem.	Pone, de quo diſceptetur.
Proportionaliter.	Pro ratâ portione.
Eſt meus protector.	Patronus.
Prouentus.	Fructus annuus,
Puſillanimitas.	Timiditas puſillus animus.

Q

Triuialia,	Tulliana.
Qualis qualis.	Cuiusque modi, cuiusmodicunque.
Qualitercunq; cadat.	Vtcunque cadat.

R.

Essentia rei.	Vis, ratio.
Rationabiliter disputas.	Probabiliter, probabili ratione.
Rebellionem fecit populus contra Senatum.	Secessionem fecit à Senatu Defectionem tentauit.
Redditus annuus.	Vectigal, fructus prædiorum.
Reduplicare.	Conduplicare.
Refocillare.	Reficere, recreare.
Regaliter.	Regificè.
Registrabo hoc.	In tabulas referam.

Remor-

Triuialia.	Tulliana.
Remorſus conſcientia.	Morſus, vermis.
Reſuſcito.	Reuoco à mortuis.
Noli hoc cuiquam reuelare.	Noli enunciare.
Eſt riſibilis.	Facultate ridē di & conſuetudine præditus.
Rixoſus homo.	Pronus ad rixã.
Ruditas ingenij.	Infirmitas, ſtupiditas.
S.	
Scrupuloſè examinas omnia.	Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocas.
Secundum Lucam ſcriptum.	Luca Auctore, ſcriptum Euangelium.
Semel adhuc.	Iterum.
Per iocum feci.	Ioci cauſâ, animi gratia.

Si-

Triuialia.	Tulliana.
Sigillare litteras.	Obſignare, ſignum litteris imprimere.
Significatum huius verbi non intelligo.	Vim notionem
Simul tempore.	Simul temporis ordine.
Solummodo.	Duntaxat, tantummodo.
Somnolentia.	Sopor, lãguor.
Speciale priuilegium.	Singulare, pręcipuum.
Specialiter de his rebus agemus.	Speciatim, nominatim.
Spontaneè non feci.	Non ſpontè, non voluntariè.
Genera ſubalterna.	Quorum vnum alteri genus eſt.
Subditus meus eſt.	Subiectus mihi vectigalis.
Subiugauit ſibi Turcas.	Subiecit bello

Sub

Triuialia.	Tulliana.
Sublimitas ingenij.	Excelſitas, pręſtantia.
Subſtantia.	Natura.
Sufficienter fecit.	Satis commodè habuit.
Superabundat diuitiis.	Superat, effluit: affluit.
Superbire.	Animos, ſpiritus ſumere.
Superficies terræ.	Extremitas.
Superfluitas opum.	Redundantia.
T.	
Tenebroſus dies	Tenebricoſus.
Textus [illegible] ita habet.	[illegible] Scriptum, tabulæ aliud dicunt.
Titulus libri eſt hic.	Inſcriptio, Epigraphe.
Eſt magnus tractatus.	Liber, Codex, volumen ingens.
Tractatio.	Elecubratio.

Non

Triuialia.	Tulliana.
Non intelligo terminos.	Vocabula, verba.
Terribilis tortura ingenij.	Tormentum ingenij.

V.

Vagabundus puer.	Vagus, inquietus, leuis.
Valenter.	Fortiter, viriliter, animosè.
Valor pecuniæ quis?	Pretium, æstimatio quæ?
Vehementia dicendi.	Acrimonia cõtentio.
Visibilia & inuisibilia.	Aspectabilia, & ea quæ sub aspectum non cadũt.
Visus acer.	Acies oculorum perspicua.
Vituperium.	Vituperatio.
Vnanimis.	Concors, consentiens.

Vna-

Triuialia.	Tulliana.
Vnanimitas.	Consentiens & conspirans voluntas
Vndecunq;.	Ex omni parte.
Vnigenitus.	Vnigena, vnicus matris.
Vnio Hæreticorum per ijt.	Concordia dissoluta est: fœdus.
Vniuersaliter dicam.	Vniuersè, generatim, vniuersim.
Voluptuosus homo.	Voluptarius, voluptatibus deditus.
Voracitas.	Abdomē, Gurges, edacitas, vorago.
Vulgariter loqui.	Populariter, sermone plebeio.

Z.

Zelus magnus est in Paulo.	Æmulatio virtutis, feruor religionis.

OBSERVATIONES
Andreae Schotti.

Tull. quæ: lib. 3.

Vulgus.	Cicero.
Soluere alicuius nomine.	Ab aliquo ſoluere, numerare pecunias.
Tradere munus ſuum.	Abdicare ſe Magiſtratu.
Demittere ſe ad Vulgi opinionem.	Ad ineptias vulgi abire.
A fonte ducere.	A capite arceſſere.
Coetaneus & coæuus.	Æqualis alicuius.
Vade ad patibulum.	Abi in malam crucem, peſtem, cruciatum.
Iurare ſe non debere.	Abiurare creditum, & pecuniam.
De officio ali-	Abrogare Ma-

quem

Vulgus.	Cicero.
quem deponere.	giſtratum alicui.
Abolere legem.	Legi, aut legem abrogare.
Abſtinentia pro ieiunio.	Continentiam.
Ire vel ſtare ex ſole.	A ſole abeſſe.
Gratum eſt mihi.	Gratum, iucũdúmque accidit.
Accipere damnum.	Plagam accipere.
Commodato dare, accipere.	Accommodare.
Sedere ad menſam.	Accumbere, & accubare.
Vocare aliquem ante iudicem.	In ius & iudicium vocare, rapere.
Hæreditatem partiri.	Adire hæreditatem.
Vocare ad arbitrum.	Arbitrum adigere.

Pete-

Vulgus.	Cicero.
Petere debitum.	Admonere debitorem.
Facere aliquem filium.	Adoptare aliquem; & adoptio, non adoptatio.
Stare pro aliquo, aut ab alicuius partibus.	Adesse alicui contra aliquem, ab aliquo vel cum aliquo esse, vel stare.
Læsus est antè, vel à tergo.	Aduersum vulnus, vel auersum accepit.
Damnum taxare & interesse.	Litem, aut nomina æstimare.
Bellum propè finitum.	Affectum bellum.
Impressum animo.	Affixum in sensu, & insitum est.
Ad latus alicuius hærere.	Affixum alicui esse.
Abundare re aliqua.	Affluere diuitiis.

Ma-

Vulgus.	Cicero.
Malè, benè tractatus sum.	Malè, præclarè mecum actum est.
In discrimine versari.	Agi caput, salutem, fortunas alicuius.
In extremis est.	Animam agit.
Celebrare, solemnizare Festũ.	Festum agere diem
Animo distrahi	Alias res agere.
Tractare cum aliquo.	Agere.
Vno tempore, benè, alio malè habet.	Beatus aliàs, aliàs miser.
Non aliter, quã ego.	Non aliter, atque ego.
Allegare authorem.	Laudare vel citare.
Duos dies desideratus est.	Cum is vnum iam & alterum diem desideraretur.

Triuialia.	Tulliana.
Litigatio.	Concertatio.
Dominus locum tenens.	Legatus belli, præfectus Vicarius Imperatoris.
Lutosa via.	Lutea, lutulenta.

M.

Malefactor.	Malemeritus.
Miraculosa imago.	Portentosa.
Hoc me molestat.	Solicitum habet, malè habet.
Multoties.	Sæpe numero.

N.

Natiuitas Christi.	Ortus, seu dies natalis Domini.
Ego sum neutralis.	Mediam viam ingredior. neque huic, neque illi parti adhæreo.

Nota-

Triuialia.	Tulliana.
Notarius.	Scriba, librarius.
Nullibi.	Nusquam, nullo loco.

O.

Obiter dicam.	Paucis, quasi præteriens, leuissimè tangam.
Obstinatè pergit.	Præfractè, pertinaciter.
Obuiauit mihi Paulus.	Obuius venit, occurrit.
Olfactus.	Odoratus, odorandi vis.
Originale peccatum.	Natiuum malum: quod quasi cum lacte Suximus.

P.

Parcitas.	Parcimonia.
Particulare aliquid velle habere	Præcipuum singulare.

Triuialia.	Tulliana.
Passiones animi.	Perturbationes affectiones.
Per accidens.	Temerè, casu, fortuitò.
Perpendiculariter.	Ad perpendiculum, ad lineam.
Piscatio.	Piscatus.
Planeta.	Astrum, vel stella errans.
Quantum possibilitas mea permittit.	Quantum facultas vires permittunt.
Habet practicam in hac re.	Vsum experientiam habet.
Prædicamenta sunt decem.	Attributa rerum: summa rerum genera.
Præsagium animi.	Præsagitio, præsensio.
Prætextus.	Simulatus, species, per simulationem.

Pri-

Triuialia.	Tulliana.
Primatus.	Principatus.
Prodegit sua.	Effudit, diſſipauit.
Profectus in litteris.	Progreſſus.
Profeſſor.	Magiſter artis.
Prolongare.	Proferre diem, protrahere rem.
Promptitudo animi.	Alacritas.
Propalare aliquid.	Diuulgare, enunciare.
Propone quæſtionem.	Pone, de quo diſceptetur.
Proportionaliter.	Pro ratâ portione.
Eſt meus protector.	Patronus.
Prouentus.	Fructus annuus,
Puſillanimitas.	Timiditas puſillus animus.

Q

Qua-

Triuialia,	Tulliana.
Qualis qualis.	Cuiusque modi, cuiusmodicunque.
Qualitercunque cadat.	Vtcunque cadat.
R.	
Essentia rei.	Vis, ratio.
Rationabiliter disputas.	Probabiliter, probabili ratione.
Rebellionem fecit populus contra Senatum.	Secessionem fecit à Senatu Defectionem tentauit.
Redditus annuus.	Vectigal, fructus prædiorum.
Reduplicare.	Conduplicare.
Refocillare.	Reficere, recreare.
Regaliter.	Regificè.
Registrabo hoc.	In tabulas referam.

Triuialia.	Tulliana.
Remorſus conſcientiæ.	Morſus, vermis.
Reſuſcito.	Reuoco à mortuis.
Noli hoc cuiquam reuelare.	Noli enunciare.
Eſt riſibilis.	Facultate ridēdi & conſuetudine præditus.
Rixoſus homo.	Pronus ad rixā.
Ruditas ingenij.	Infirmitas, ſtupiditas.

S.

Scrupulosè examinas omnia.	Nimis exiguè & exiliter ad calculos reuocas.
Secundum Lucam ſcriptum.	Luca Auctore, ſcriptum Euangelium.
Semel adhuc.	Iterum.
Per iocum feci.	Ioci causâ, animi gratia.

Si-

Triuialia.	Tulliana.
Sigillare litteras.	Obſignare, ſignum litteris imprimere.
Significatum huius verbi non intelligo.	Vim notionem
Simul tempore.	Simul temporis ordine.
Solummodo.	Duntaxat, tantummodo.
Somnolentia.	Sopor, lãguor.
Speciale priuilegium.	Singulare, pręcipuum.
Specialiter de his rebus agemus.	Speciatim, nominatim.
Spontaneè non feci.	Non ſponté, non voluntariè.
Genera ſubalterna.	Quorum vnum alteri genus eſt.
Subditus meus eſt.	Subiectus mihi vectigalis.
Subiugauit ſibi Turcas.	Subiecit bello.

Sub

Triuialia.	Tulliana.
Sublimitas ingenij.	Excelſitas, prę-ſtantia.
Subſtantia.	Natura.
Sufficienter fecit.	Satis commodè habuit.
Superabundat diuitiis.	Superat, effluit: affluit.
Superbire.	Animos, ſpiritus ſumere.
Superficies terræ.	Extremitas.
Superfluitas opum.	Redundantia.
T.	
Tenebroſus dies	Tenebricoſus.
Textus non ita habet.	Scriptum, tabulæ aliud dicunt.
Titulus libri eſt hic.	Inſcriptio, Epigraphe.
Eſt magnus tractatus.	Liber, Codex, volumen ingens.
Tractatio.	Elecubratio.

Non

Triuialia.	Tulliana.
Non intelligo terminos.	Vocabula, verba.
Terribilis tortura ingenij.	Tormentum ingenij.

V.

Vagabundus puer.	Vagus, inquietus, leuis.
Valenter.	Fortiter, viriliter, animosè.
Valor pecuniæ quis?	Pretium, æstimatio quæ?
Vehementia dicendi.	Acrimonia cõtentio.
Visibilia & inuisibilia.	Aspectabilia, & ea quæ sub aspectum non cadũt.
Visus acer.	Acies oculorum perspicua.
Vituperium.	Vituperatio.
Vnanimis.	Concors, consentiens.

Vna-

Triuialia.	Tulliana.
Vnanimitas.	Consentiens & conspirans voluntas
Vndecunq.	Ex omni parte.
Vnigenitus.	Vnigena, vnicus matris.
Vnio Hæreticorum per ijt.	Concordia dissoluta est: fœdus.
Vniuersaliter dicam.	Vniuersè, generatim, vniuersim.
Voluptuosus homo.	Voluptarius, voluptatibus deditus.
Voracitas.	Abdomẽ, Gurges, edacitas, vorago.
Vulgariter loqui.	Populariter, sermone plebeio.

Z.

Zelus magnus est in Paulo.	Æmulatio virtutis, feruor religionis.

OBSERVATIONES ANDREAE Schotti.

Tull. quæ: lib. 3.

Vulgus.	Cicero.
Soluere alicuius nomine.	Ab aliquo soluere, numerare pecunias.
Tradere munus suum.	Abdicare se Magistratu.
Demittere se ad Vulgi opinionem.	Ad ineptias vulgi abire.
A fonte ducere.	A capite arcessere.
Coetaneus & coæuus.	Æqualis alicuius.
Vade ad patibulum.	Abi in malam crucem, pestem, cruciatum.
Iurare se non debere.	Abiurare creditum, & pecuniam.
De officio ali-	Abrogare Ma-

quem

Vulgus.	Cicero.
quem deponere.	gistratum alicui.
Abolere legem.	Legi, aut legem abrogare.
Abstinentia pro ieiunio.	Continentiam.
Ire vel stare ex sole.	A sole abesse.
Gratum est mihi.	Gratum, iucũdúmque accidit.
Accipere damnum.	Plagam accipere.
Commodato dare, accipere.	Accommodare.
Sedere ad mensam.	Accumbere, & accubare.
Vocare aliquem ante iudicem.	In ius & iudicium vocare, rapere.
Hæreditatem partiri.	Adire hæreditatem.
Vocare ad arbitrum.	Arbitrum adigere.

Pete-

Vulgus.	Cicero.
Petere debitum.	Admonere debitorem.
Facere aliquem filium.	Adoptare aliquem; & adoptio, non adoptatio.
Stare pro aliquo, aut ab alicuius partibus.	Adeſſe alicui contra aliquem, ab aliquo vel cum aliquo eſſe, vel ſtare.
Læſus eſt antè, vel à tergo.	Aduerſum vulnus, vel auerſum accepit.
Damnum taxare & intereſſe.	Litem, aut nomina æſtimare.
Bellum propè finitum.	Affectum bellum.
Impreſſum animo.	Affixum in ſenſu, & inſitum eſt.
Ad latus alicuius hærere.	Affixum alicui eſſe.
Abundare re aliqua.	Affluere diuitiis.

Ma-

Vulgus.	Cicero.
Malè, benè tractatus sum.	Malè, præclarè mecum actum est.
In discrimine versari.	Agi caput, salutem, fortunas alicuius.
In extremis est.	Animam agit.
Celebrare, solemnizare Festũ.	Festum agere diem
Animo distrahi	Alias res agere.
Tractare cum aliquo.	Agere.
Vno tempore, benè, aliò malè habet.	Beatus aliàs, aliàs miser.
Non aliter, quã ego.	Non aliter, atque ego.
Allegare authorem.	Laudare vel citare.
Duos dies desideratus est.	Cum is vnum iam & alterum diem desideraretur.

Vulgus.	Cicero.
Controuertere, & controuerti.	Ambigere, & ambigi.
Clausula & periodus.	Ambitus verborum, & comprehensio.
Quantum homines possunt meminisse, & à mundi initio.	Post homines natos, hominum memoriam.
Abest hinc itinere duorum dierum.	Bidui abest.
Differre in aliud tempus sententiam.	Ampliare causam, amplius pronunciare.
Vno quoque anno, singulis annis semel.	Anniuersarius.
Nihil mihi charius.	Nihil mihi antiquius aut potius.
Apparentia.	Species.
Abusiuè.	Minus propriè.

Con-

Vulgus.	Cicero.
Conuersari cum aliquo.	Appellare aliquem.
Nauis aut classis appulit.	Appulsa est.
Occidere aliquem cupiens.	Vitam alicuius appetere.
Adiungere se alicui artificio.	Applicare se ad aliquod artificiũ.
Subornare qui falsò accusat.	Accusatorem, calumniatorem, præuaricatorem.
Inuicem dependentia.	Apta & cohærentia.
Secundum voluntatem alicuius.	Arbitratu, vel ad arbitrium alterius agere.
Rectè hinc abierat.	Commodùm discesserat.
Abominabile scelus.	Detestabile.
Abominari aliquem.	Odisse, detestari.

Vulgus.	Cicero.
Sermonem abrumpere.	Abſcindere, præcidere.
Abſentiam tuam non fero.	Deſiderium tui
Ciuem facere.	Adſcribere aliquem in ciuitatẽ, vel ciuitati.
Conſentio tecũ.	Aſſentior tibi.
Imputare alicui.	Aſſignare.
Hoc mihi arrogo.	Sumo.
Honorem habere alicui.	Aſſurgere alicui.
Attendere alicui dicenti.	Dicentem attendere.
Quantum ad me ſpectat.	Quod ad me attinet.
Vendere ſua bona publicè.	Auctionari.
Venditio publica.	Auctio, *non auctionatio.*

Pro-

Vulgus.	Cicero.
Proximior.	Citerior.
Conciuis.	Ciuis meus.
Finis Epistolæ.	Clausula extrema.
Homagium.	Clientela.
Proficisci volo.	Cogito in Tusculanum.
Procurator Iudicialis.	Cognitor.
Pecuniarum receptor.	Coactor, quæstor.
Animum resumere.	Colligere animum.
Famam captare.	Colligere existimationem.
Scopum petere.	Collineare, collimare.
Bene impendere beneficium.	Ponere vel collocare in, vel apud aliquem.
Iuit, & rediuit.	Commeauit.
Cadere in pæ-	Commissum

 nam.

Vulgus.	Cicero.
nam.	quid esse alicui.
Bona alicuius confiscare.	Publicare.
Communicare alicui consilium.	Cum aliquo.
Respectiue, comparatiuè, conditionaliter.	Comparatè.
Filiæ virum dare.	Collocare alicui, vel in matrimonium.
Nominatim nominare.	Cōpellare seu appellare.
Compati.	Misericordia moueri.
Resarcire aliquid.	Compensare.
Cedere cuiquā nolle.	Concedere nemini.
Conciliare aliquem cum aliquo.	Conciliare alicui vel inter se.
Certa formâ iu-	Conceptis iu- *rare.*

Vulgus.	Cicero.
rare.	rare verbis.
Discurrere aut concursare per totam vrbem.	Concursare domos.
Promittere, se ad cœnam venturum.	Condicere alicui.
Saporem cibis addere.	Condire cibum.
Quærere conditionem.	Locum aut munus apud aliquem petere.
Frumentum abscondere.	Condere.
Condolere alicui.	Commoueri dolore.
Coniicit in me culpam.	Confert.
Impendere operam.	Conferre officia in, aut erga aliquem.
Vestẽ sibi facere	Conficere.

Vulgus.	Cicero.
Sic concludo, & infero.	Ex quo efficitur.
Transigere cum aliquo.	Conficere cum hæredibus.
Oratio congrua	Latina.
Expostulare de aliquo.	Conqueri cum aliquo de re quadam.
Qua conscientia hoc facis?	Quâ mẽte, quo animo?
Conscientia ducor.	Religio eſt mihi.
In os aut faciem alicuius ſpuere.	Conſputare.
Propoſui facere.	Conſtitui.
Ad certum diem.	Stato die, ad conſtitutam diem
Ordinare.	Conſtituere.
Benè tempus impendit.	Conſtat illi fructus laboris.
Contiguus eſt aer mari.	Continens eſt.

Con-

Vulgus.	Cicero.
Contrarium fecit, quàm promisit.	Fecit contrà ac atque, quàm promisit.
Reualescit.	Conualescit.
Conuulsi.	Conuelli.
Transferre à Græco.	Conuertere è Græco.
Clamauit in me	Conuitium mihi fecit.
Non habet cor.	Non est illi animus.
Repetere eadem & inculcare.	Decantare aliquid.
Conuenire de summa aliqua.	Decidere & decisionem facere.
Non libenter fecit.	Deditâ operâ non fecit.
Res in eum statum peruenit.	Res eò deducta est, rem huc deduxi.
De summa detrahere.	Deducere: addendo deducen-

Vulgus.	Cicero.
	dóque videre, quę reliqui summa fiat.
Præsentaui illi officium meum.	Detuli voluntatem, honores, officia.
Turbare faciē.	Deformare.
Deo sint laudes; liberatus sum.	Deo laus: periculo defunctus sum.
Virtuosè viuit.	Degit vitam cū virtute.
Remouere à Magistratu.	Ædilitate, aut alio magistratu deijcere: in ordinem redigere.
De nouo incipere.	De integro, denuò.
Conclusi mecū.	Mihi deliberatum, & constitutum est.
Humilitas &	Demissus, & *humi-*

a

Vulgus.	Cicero.
humiliter.	demissè.
In mortui locũ subrogatus est.	In demortui.
Famæ curam habere.	Existimationis atque officij duci ratione.
Ante dixi.	Dudum dixi.
Mandata publicare.	Edicta vulgare.
Memoriter discere.	Ediscere: memoriæ mandare.
Terra profert fructus.	Effert fructus.
Funus ad sepulturam ferre.	Funus efferre.
Effectiuus, & effectus.	Efficiens, & effecta.
Largiri prodigaliter.	Effusè largéque donare.
Egenus & pauper.	Egens, *perpetuò dixit Cicero.*
Peruenire ad	Emergere, è *hono-*

Vulgus.	Cicero.
honores.	cæno.
Fame mortuus.	Siti, ac fame enectus.
Duplo plus dare.	In duplum ire, seu alterum tantum dare, vel accipere.
Res melius procedit.	Incipit res melius ire.
Multum considera tecum.	Etiam atque etiam vide.
Finem reperire, aut principium.	Cuius ego criminis neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum.
Secundùm legem debet mori.	Ex lege.
Bene ponderare.	Examinare trutinâ.
Verbũ elapsum est.	Excidit verbum.

Labora-

Vulgus.	Cicero.
Laborare temporis angustiâ.	Temporibus excludi.
Extracta lingua.	Exsecta lingua.
Copia alicuius scripti.	Exemplum.
Tempus consumpsit calumniando.	Tempus exemit.
Bonam opinionem de aliquo habere.	Bene existimare.
Desiderium alicuius rei.	Exspectatio me magna tenet.
Rem perpendere.	Expendere.
Intentare processum.	Iure experiri cum aliquo.
Certò scire.	Exploratum habere.
Rara doctrina.	Exquisita.
In fine litterarum.	In extremis litteris.
Pati damnum.	Facere iacturã: de-

Vulgus.	Cicero.
	detrimentum, aut damnum capere.
A partibus tuis sum.	Tecum facio.
Pone casum, quòd sit.	Fac esse; demus ita esse.
Si non erro.	Nisi fallor, nisi me fortè fallit.
Decollare, aut decapitare aliquē.	Securi ferire, aut percutere.
Tempus non patitur.	Res non fert.
Vocem habere in Capitulo.	Ferre Suffragium: suffragari posse: ius suffragij habere in Concilio.
Reijci in ascensu.	Repulsam ferre.
Facere legem, aut statutum.	Legem ferre.
Proponere populo.	Ad populum ferre.

Con-

Vulgus.	Cicero.
Conditionem alicui præscribere.	Conditionem ferre.
Festiuitas alicuius Sancti.	Festus dies, Feriæ.
Esse in salua guardia.	In fide alicuius esse, & clientela.
Obligatione teneri.	Fiduciam accipere.
Finire librum aut opus.	Absoluere, ad exitum adducere: *Finire enim Ciceroni esset terminis subscribere.*
Vtinam habeas bonam fortunam.	Fortunet Deus quod agis.
Nocere, & incommodare alicui	Hæc res nemini fraudi fuit.
Multi fuerunt in templo.	Frequentes fuerunt.
Sæpe iuit ad templum.	Frequentauit templum.
Facere officium.	Munere fungi.

Bene

Vulgus.	Cicero.
Bene tibi precor.	Gratulor tibi hac re vel de hac re.
Malus aer est.	Grauitas cæli & loci.
Res benè stat.	Res bene se habet.
Obnoxius est peccato.	Crimen hæret in illo.
Cùm venia.	Pace tuâ; aut, sit venia dicto.
Bibit apud hospitem.	Apud Cauponém: *hospes enim est, qui gratis dat.*
Ad hoc tempus nesciui.	Adhuc ignoraui.
Grauare quem re aliqua.	Imponere quid alicui.
Officium aliquod dare.	Partes aliquas, aut personam imponere.
Non potest se i-	Homo impo-

ssum

Vulgus.	Cicero.
psum regere.	tens sui: impotentis animi.
Spatiari volo.	Inambulare libet.
Inanimatum.	Inanimum.
Breuiare & curtare pennas.	Incidere.
Sculpere in ære.	In æs incidere.
Incæpi.	Cæpi, *frequentius Cicero.*
Si te voco, veni statim.	Si inclamauero aduola.
Mutatio temporum.	Rerum inclinatio.
Delatio.	Indicium; indicio peruenire ad rem aliquam.
Nouum morem incipere, aut facere.	Inducere.
Annihilare rationes.	Inducere.

In-

Vulgus.	Cicero.
Induere calceos.	Pedibus calceos inducere.
De proposito quid agere.	Datâ operâ, de industria.
Intrahere domum.	Inire domum, castra, cõuiuium.
Inuenire gratiam apud aliquem.	Inire ab aliquo gratiam.
Malam famam habet.	Infamiâ laborat.
Diffamare aliquem.	Inferre alicui infamiam.
Ponere pedem alibi.	Inferre pedem, inferre se in locũ.
Incipere sermonem.	Inferre sermonem.
Valdè inimicus est.	Infestus est mihi.
In mensa sedere: alicui ad latus dextrum aut sinistrum.	Infrà, supráue sedere, aut accũbere.

Cre-

Vulgus.	Cicero.
Crescit malum.	In dies ingrauescit.
Incipere dicere.	Ingredi ad dicendum, ad disputationem.
Onerari cibo.	Ingurgitare se.
Incipiente anno aut mense.	Ineunte.
Iniunxit mihi hoc.	Imposuit mandauit, aut negotium dedit.
Superscriptionē facere.	Litteras inscribere.
Insuetus, & insolitus sermo.	Insolens.
Restaurare & innouare aliquid.	Instaurare.
Dicere in aurem.	Insusurrare in aurem.
Non est mihi liberum hoc facere.	Non est integrum.
Amant se inuicē.	Amant inter se.

Malum

Vulgus.	Cicero.
Medium esse inter aliquid.	Interiectum esse.
A Secretis Consistorij.	Ab intimis secretis, aut consiliis.
Non possum dignoscere.	Internoscere,
Scriptis aliquid inserere.	Interponere.
Nolo me huic negotio intermiscere.	Nolo me interponere.
Diu post reuocata consuetudo.	Longo interuallo repetita.
Sine testamento mori.	Intestato mori.
Damnari testibus non auditis.	Indictâ causa, & intestatè.
Minus quàm decet.	Intrà modum, legem.
Taxare aliquẽ.	Inuehi in aliquem.

Non

Vulgus.	Cicero.
Non tam diu pòſt,	Non ita diu, nec ita longo interuallo.
Valedicere.	Iubere valere.
Verba compoſita.	Iuncta, aut vincta.
Communicare alicui aliquid.	Rem, rationémque iungere cum aliquo.
Etiamſi iurares non crederem.	Vel iurato non credam.
Comedi offam.	Ius, iuſculum.
Deſtruere aliquid.	Labefactare.
Nihil curo.	Non laboro, nihil moror.
Longum diem dare debitori.	Laxam ſtatuere diem.
Prima linea paginæ.	Primus verſus.
Maculatura.	Litura.
Faciendum da-	Locare opus fa

Vulgus.	Cicero.
re opifici opus pro pecunia.	ciendum pecuniâ.
Seruire alicui.	Operam suam locare.
Diescit.	Lucet.
Ludendo hoc feci.	Ludibundus egi.
Tradere dominium alicuius rei aut accipere.	Rem mancupi dare, aut accipere.
Pratorem facere.	Præturam mandare.
Relegare aliquem.	Mandare in vltimas terras.
Operarij lucrãtur decem asses.	Merent opifices denario.
Mensurare.	Metiri.
Vena ægroti pulsat.	Micat arteria.
Dare potum.	Miscere; aut dare bibere.
Misericordia tãgi	Miseratione.

Ve-

Vulgus.	Cicero.
Venam secare.	Incidere venâ.
Dimitte me.	Missum fac.
Mensuram aut tactum dare in Musica.	Modum dare, *Ciceronis est.*
Punctum temporis.	Momentum.
Demordere vngues, siue Aures.	Mordicus auferre.
Nimis prolixus fuit in dicendo.	Multus fuit.
Valdè serò factum est.	Multâ nocte.
Accipere mutuò.	Mutuum sumere.
Attulit mihi pecuniam debitor.	Numerauit.
Est in magno pretio.	Aliquo in numero.
Bona noua, vel nuntia allata sunt.	Boni nuncij: tristes nuncij ac veri.

Vulgus.	Cicero.
In honore habere aliquem.	Obseruare.
Domino meo obseruandissimo, colendissimo, & reuerendissimo.	Quem obseruare, colere, ac revereri maximè & in primis debeo
Claudere litteras.	Obsignare epistolam.
Hæc domus obscurat meam.	Luminibus obstruit & officit.
Visus oculorum	Sensus oculorum, obtutus, aspectus.
Mater mortua est mihi semper præ oculis.	Ante oculos obuersatur; vel animo.
Impingere pedem.	Offendere pedem.
Stas mihi in lumine.	Apricanti mihi officis.
Vmbram facere.	Opacare.

Com-

Vulgus.	Cicero.
Commoditas.	Opportunitas.
Choreas ducere.	Saltatorium orbem versare.
Fecisti sicut decet.	Rectè & ordine fecisti.
Tempus pacis.	Otium.
Magnâ ex parte dormit.	Magnam partem dormit.
Vices alicuius accipere.	Partes suscipere, & officia.
Valetudo mea non patitur.	Per valetudinē non possum: non licet.
Dixit iocando.	Per iocum, risum, aut ludos.
Vitam extendit ad centum annos.	Perduxit vitā.
Refugium habeo ad te.	Perfugium, partem, aut præsidium in te habeo.
Per cambium pecuniam accipere	Permutare pecuniam.

Vulgus.	Cicero.
honores.	cæno.
Fame mortuus.	Siti, ac fame enectus.
Duploplus dare.	In duplum ire, seu alterum tantum dare, vel accipere.
Res melius procedit.	Incipit res melius ire.
Multum considera tecum.	Etiam atque etiam vide.
Finem reperire, aut principium.	Cuius ego criminis neque principium inuenire, neque euoluere exitum possum.
Secundùm legem debet mori.	Ex lege.
Bene ponderare.	Examinare trutinâ.
Verbū elapsum est.	Excidit verbum.

Labora-

Vulgus.	Cicero.
Laborare temporis angustiâ.	Temporibus excludi.
Extracta lingua.	Exſecta lingua.
Copia alicuius ſcripti.	Exemplum.
Tempus conſumpſit calumniando.	Tempus exemit.
Bonam opinionem de aliquo habere.	Bene exiſtimare.
Deſiderium alicuius rei.	Exſpectatio me magna tenet.
Rem perpendere.	Expendere.
Intentare proceſſum.	Iure experiri cum aliquo.
Certò ſcire.	Exploratum habere.
Rara doctrina.	Exquiſita.
In fine litterarum.	In extremis litteris.
Pati damnum.	Facere iacturã:

Vulgus.	Cicero.
	detrimentum, aut damnum capere.
A partibus tuis sum.	Tecum facio.
Pone casum, quòd sit.	Fac esse; demus ita esse.
Si non erro.	Nisi fallor, nisi me fortè fallit.
Decollare, aut decapitare aliquē.	Securi ferire, aut percutere.
Tempus non patitur.	Res non fert.
Vocem habere in Capitulo.	Ferre Suffragium: suffragari posse: ius suffragij habere in Concilio.
Reijci in ascensu.	Repulsam ferre.
Facere legem, aut statutum.	Legem ferre.
Proponere populo.	Ad populum ferre.

Con-

Vulgus.	Cicero.
Conditionem alicui præſcribere.	Conditionem ferre.
Feſtiuitas alicuius Sancti.	Feſtus dies, Feriæ.
Eſſe in ſalua guardia.	In fide alicuius eſſe, & clientela.
Obligatione teneri.	Fiduciam accipere.
Finire librum aut opus.	Abſoluere, ad exitum adducere: *Finire enim Ciceroni eſſet terminis ſubſcribere.*
Vtinam habeas bonam fortunam.	Fortunet Deus quod agis.
Nocere, & incommodare alicui	Hæc res nemini fraudi fuit.
Multi fuerunt in templo.	Frequentes fuerunt.
Sæpe iuit ad tẽplum.	Frequentauit templum.
Facere officium.	Munere fungi.

Bene

Vulgus.	Cicero.
Bene tibi precor.	Gratulor tibi hac re vel de hac re.
Malus aer est.	Grauitas cæli & loci.
Res benè stat.	Res bene se habet.
Obnoxius est peccato.	Crimen hæret in illo.
Cùm venia.	Pace tuâ; aut, sit venia dicto.
Bibit apud hospitem.	Apud Cauponém: *hospes enim est, qui gratis dat.*
Ad hoc tempus nesciui.	Adhuc ignoraui.
Grauare quem re aliqua.	Imponere quid alicui.
Officium aliquod dare.	Partes aliquas, aut personam imponere.
Non potest se i-	Homo impo-

psum

Vulgus.	Cicero.
psum regere.	tens sui: impotentis animi.
Spatiari volo.	Inambulare libet.
Inanimatum.	Inanimum.
Breuiare & curtare pennas.	Incidere.
Sculpere in ære.	In æs incidere.
Incæpi.	Cæpi, *frequentius Cicero.*
Si te voco, veni statim.	Si inclamauero aduola.
Mutatio temporum.	Rerum inclinatio.
Delatio.	Indicium; indicio peruenire ad rem aliquam.
Nouum morem incipere, aut facere.	Inducere.
Annihilare rationes.	Inducere.

In-

Vulgus.	Cicero.
Induere calceos.	Pedibus calceos inducere.
De proposito quid agere.	Datâ operâ, de industria.
Intrahere domum.	Inire domum, castra, cõuiuium.
Inuenire gratiam apud aliquem.	Inire ab aliquo gratiam.
Malam famam habet.	Infamiâ laborat.
Diffamare aliquem.	Inferre alicui infamiam.
Ponere pedem alibi.	Inferre pedem, inferre se in locũ.
Incipere sermonem.	Inferre sermonem.
Valdè inimicus est.	Infestus est mihi.
In mensa sedere: alicui ad latus dextrum aut sinistrum.	Infrà, supráue sedere, aut accũbere.

Cre-

Vulgus.	Cicero.
Crescit malum.	In dies ingrauescit.
Incipere dicere.	Ingredi ad dicendum, ad disputationem.
Onerari cibo.	Ingurgitare se.
Incipiente anno aut mense.	Ineunte.
Iniunxit mihi hoc.	Imposuit mandauit, aut negotium dedit.
Superscriptionẽ facere.	Litteras inscribere.
Insuetus, & insolitus sermo.	Insolens.
Restaurare & innouare aliq[illegible]	Instaurare.
Dicere in aurem.	Insusurrare in aurem.
Non est mihi liberum hoc facere.	Non est integrum.
Amant se inuicẽ.	Amant inter se.

Vulgus.	Cicero.
Medium esse inter aliquid.	Interiectum esse.
A Secretis Consistorij.	Ab intimis secretis, aut consiliis.
Non possum dignoscere.	Internoscere.
Scriptis aliquid inserere.	Interponere.
Nolo me huic negotio intermiscere.	Nolo me interponere.
Diu post reuocata consuetudo.	Longo interuallo repetita.
Sine testamento mori.	Intestato mori.
Damnari testibus non auditis.	indictâ causa, & intestatè.
Minus quàm decet.	Intrà modum, legem.
Taxare aliquē.	Inuehi in aliquem.

Non

Vulgus.	Cicero.
Non tam diu pòst,	Non ita diu, nec ita longo interuallo.
Valedicere.	Iubere valere.
Verba composita.	Iuncta, aut vincta.
Communicare alicui aliquid.	Rem, rationémque iungere cum aliquo.
Etiamsi iurares non crederem.	Vel iurato non credam.
Comedi offam.	Ius, iusculum.
Destruere aliquid.	Labefactare.
Nihil curo.	Non laboro, nihil moror.
Longum diem dare debitori.	Laxam statuere diem.
Prima linea paginæ.	Primus versus.
Maculatura.	Litura.
Faciendum da-	Locare opus fa-

Vulgus.	Cicero.
re opifici opus pro pecunia.	ciendum pecuniâ.
Seruire alicui.	Operam suam locare.
Diescit.	Lucet.
Ludendo hoc feci.	Ludibundus egi.
Tradere dominium alicuius rei aut accipere.	Rem mancupi dare, aut accipere.
Pratorem facere.	Præturam mandare.
Relegare aliquem.	Mandare in vltimas terras.
Operarij lucrãtur decem asses.	Merent opifices denario.
Mensurare.	Metiri.
Vena ægroti pulsat.	Micat arteria.
Dare potum.	Miscere; aut dare bibere.
Misericordia tãgi	Miseratione.

Ve-

Vulgus.	Cicero.
Venam secare.	Incidere venã.
Dimitte me.	Missum fac.
Mensuram aut tactum dare in Musica.	Modum dare, *Ciceronis est.*
Punctum temporis.	Momentum.
Demordere vngues, siue Aures.	Mordicus auferre.
Nimis prolixus fuit in dicendo.	Multus fuit.
Valdè serò factum est.	Multâ nocte.
Accipere mutuò.	Mutuum sumere.
Attulit mihi pecuniam debitor.	Numerauit.
Est in magno pretio.	Aliquo in numero.
Bona noua, vel nuntia allata sunt.	Boni nuncij : tristes nuncij ac veri.

In

Vulgus.	Cicero.
In honore habere aliquem.	Obſeruare.
Domino meo obſeruandiſſimo, colendiſſimo, & reuerendiſſimo.	Quem obſeruare, colere, ac reuereri maximè & in primis debeo
Claudere litteras.	Obſignare epiſtolam.
Hæc domus obſcurat meam.	Luminibus obſtruit & officit.
Viſus oculorum	Senſus oculorum, obtutus, aſpectus.
Mater mortua eſt mihi ſemper præ oculis.	Ante oculos obuerſatur; vel animo.
Impingere pedem.	Offendere pedem.
Stas mihi in lumine.	Apricanti mihi officis.
Vmbram facere.	Opacare.

Com-

Vulgus.	Cicero.
Commoditas.	Opportunitas.
Choreas ducere.	Saltatorium orbem verſare.
Feciſti ſicut decet.	Rectè & ordine feciſti.
Tempus pacis.	Otium.
Magnâ ex parte dormit.	Magnam partem dormit.
Vices alicuius accipere.	Partes ſuſcipere, & officia.
Valetudo mea non patitur.	Per valetudinẽ non poſſum: non licet.
Dixit iocando.	Per iocum, riſum, aut ludos.
Vitam extendit ad centum annos.	Perduxit vitã.
Refugium habeo ad te.	Perfugium, partem, aut præſidium in te habeo.
Per cambium pecuniam accipere	Permutare pecuniam.

Vulgus.	Cicero.
Bonum ſenatui viſum eſt.	Placuit Senatui.
Quem habet valorem hæc pecunia?	Quod pondus habet?
Bene fecit mihi.	Benè de me meritus eſt.
Debeo ſcribere.	Scribendum eſt mihi.
Animi deliquium pati.	De poteſtate excidere.
Non eſt meum determinare.	Præficere non eſt meum.
Animo præſagire.	Præſentire.
Me & mea omnia pro illo ſpondeo.	Culpam illius ego præſtabo.
Venias, quàm primum potes.	Primo quoque tempore.
Rogo te ſecundum amicitiam noſtram.	Pro noſtrâ amicitiâ, familiaritate.
Ante domum	Pro æde ſua ſe-

ſedet

Vulgus.	Cicero.
ſedet.	det.
Sum ſenior te.	Ætate prçcedo te.
Prodigus filius.	Profuſus , ac perditus.
Propè hoc dixiſſem.	Propeius factum eſt nihil , quàm vt dicerem.
Perſequere tu hunc ſermonem.	Proſequere.
Adagium.	Prouerbium , *mauult Cicero.*
Quid opus eſt multis verbis.	Quid multa?
Pecuniam corradere.	Conficere pecuniam : redigere pecuniam:ex re aliqua.
Artificiosè diſponere.	Redigere ad artem.
Pecuniâ cõducere fundũ, agrũ &c.	Redimere fundum &c.

Vulgus.	Cicero.
Annotare & adscribere libro.	Referre quid in commentarium, aduersaria.
In libro receptorum scribere.	Referre in acceptum : acceptũ ferre.
Pecunias computare.	Æra subducere, rationes inire.
Condonare debitum.	Remittere.
Emere promptâ pecuniâ.	Repræsentare, aut repręsentatione emere.
Respectu amicitiæ facit.	Amicitiæ causâ.
A morbo resurgere.	Reuiuiscere.
Bonus dies, & bonus vesper.	Salue, & vale.
Quicquid est scibile.	Quod scienti comprehenditur
Propria manu subscripsit.	Suâ manu.

Si

Vulgus.	Cicero.
Secundùm meum sensum.	Ex animi mei sententia.
Secundùm sententiam alicuius quid facere.	Agere quid de sententia alterius.
Significatio verbi.	Notatio, notio.
Comparere ante aliquem.	Sistere se alicui.
Recreatio.	Relaxatio animi remissio, solatium.
Somnolentus.	Somniculosus.
Habet valdè sonoram vocem.	Canoram.
Teneo tuam sententiam.	Sto iudicio tuo
Cholera.	Bilis, stomachus.
Sufficienter habet.	Abundat.
Sũma sũmarũ.	Ad summam.

Vulgus.	Cicero.
Non præſumo hoc.	Mihi non ſumo tantum, neque arrogo.
Vbiq; hoc dicit.	Omnibus hoc locis diſſerit.
Per teſtamentum habere.	Teſtamento venire: ex teſtamento poſſidere.
Vereor quod non veniat.	Vereor vt veniat.
Vereor quod ruri redierit.	Vereor ne ruri redierit.
Pecuniam ad intereſſe accipere, vel finantias facere.	Verſuram facere. Quæ quidem, vel verſurâ factâ ſolui volo. vnnd wan du ſolteſt anderſt wo miſſen entlenen / ſo will ich zalt ſein.
Videtur mihi quod ſis doctus.	Doctus mihi videris.

Non

Vulgus.	Cicero.
Non est sollicitus de crastino.	In diem viuit.
Vix adhuc accepi tuam Epistolá.	Vix dum acceperam.
Vltionem de aliquo sumere.	Vlcisci aliquē.
Huc & illuc transire.	Vltro citróque nauigare.
Munera inter se dare.	Beneficia vltro citróque dare, vel accipere.
Facere aliquem inuidiosum.	Vocare in inuidiam.
Bene alicui cupere.	Omnia alicuius causâ velle.
Auelli ab aliquo.	Auelli, de complexu, de arboribus.
Perdere processũ & amittere ius.	Causâ cadere.
Instrumentis Musicis ludere.	Canere fidibus.

Vulgus.	Cicero.
Quatuor vocibus canere.	Simphoniâ canere.
Figurales cantores.	Simphoniaci.
Pecuniæ sors. die Hauptsum.	Caput.
Securari.	Rebus vel tabulis canere.
Vide ne putes hoc.	Caue vt, vel caue putes.
Mei tuiq; causâ fecit.	Meâ, tuâ causâ.
Diuidere bona.	Cernere hæreditatem.
Firmiter aliquid proponere.	Certum quid alicui esse.
Proprium nuncium misi.	Certum hominem misi.
Tenere currum aut equum.	Sustinere.
Palpare manu vel pede.	Tentare quid manu, aut pede.

Ac-

Vulgus.	Cicero.
Acoipio Deum testem.	Deum testor.
Tinctor panni.	Infector.
Æquè tot.	Totidem.
Tortura furis.	Quæstio, tormentum.
Confundere aliquid.	Turbare.
Vacantiæ sunt.	Vacationes: Feriæ litterariæ.
Curuè scriptæ lineæ.	Versus litterarum vacillantes.
Si es otiosus.	Si vacabis.
Infirmitas.	Infirma, aut incommoda valetudo.

Hæc Schottus paucis à nobis interiectis, pluribus omissis. Vbi illud diligenter notabis quosdam loquendi modos hîc emendari, non quòd non sint Latini, sed quod aliâ formâ

ſæpius ſit vſus, Cicero. Verum iam ad Scopos Cornelij.

OBSERVATIONES IMPERITÆ DICTIONIS ex Cornelio Looſa emendatæ.

Imperitè.	Romanè.
	A
Acceptaui prouinciam.	Svſcepi: *acceptare enim frequentiam deſignat*
Deus non eſt acceptor perſonarum.	Apud Deum nullum eſt diſcrimen diuitum aut pauperum.
Accõmoda mihi calamum.	Mutuum da: commodato da: commoda.
Affer tecum fra-	Adduc tuum

Scopæ Latinitatis.

trem

Imperitè.	Romanè.
trem tuum.	fratrem.
Ad instantiam Pauli hoc fecit.	In gratiam Pauli.
Ad quod propositum hoc agis?	Quorsum, vel quorsus hoc agis?
Adiuua me quæso in hac necessitate.	Succurtere mihi: opitulare: suppetias fer: *adiuuat enim ille solum, qui est particeps laboris, & operis.*
Tres allegauit testes.	Citauit, seu trium auctoritatem ac fidem obtestatus est. *Allegare enim est aliò mittere.*
Vidi te à longè.	E longinquo, seu eminus.
Ambasiator Hispanicus.	Legatus Hispanicus.
Amodo.	Posthac: ab hoc

Imperitè.	Romanè.
	tempore.
In quem angulum se abscondit?	In quam latebram se abdidit?
Sum in magna angustia.	In magnâ animi molestiâ.
Apotheca.	Pharmacopolion, *Apotheca enim est propriè vini, aut horreum frumenti.*
A retrò ambulauit.	A tergo, ponè incessit.
Primò arguo.	Argumentor.
Arrestauit illum Senatus.	Iniecit illi manus: vadatus est: seu vadimonio obstrinxit: siue diem iudicij ex compacto constituit, & in ius vocauit.
Ascendere su-	Sursum ascen-

per

Imperitè.	Romanè.
per arborem,	dere in arborem.
B.	
Volo balneare.	Natare, lauare.
Baſſus.	Vox preſſa, & grauis.
Eſt baſtardius.	Illegitimo loco natus: Nothus, ſpurius.
Nullus Sacerdos debet habere tria beneficia.	Tria Sacerdotia.
Da mihi piretum.	Pileum quadratum decuſſatum.
Meus frater loquitur valdè latinum.	Bene, eleganter, terſè, latinè loquitur.
Diu non comedi bouinam carnem.	Bubulam, bouillam.
Da mihi meam burſam.	Crumenam, loculos.
Valde amplam	Conclaue cu-

came-

Imperitè.	Romanè.
cameram habes.	biculum. *Camera enim significat arcum, qui sustinet ædificium, tectúmque deuexum, quod & fornix, testudo dicitur. Hinc concamerare templũ, & concameratio.*
Est hodie valdè calidum.	Æstuosum est hodie.
Vbi est mea camisia?	Indusium, interula.
Quæso non capias hoc ad malum.	Ne in malam partem accipias.
Capiam, seu accipiam super me.	Suscipiam hoc negotium.
Es valdè capitosus.	Cerebrosus, contumax.
Da mihi meam Cappam.	Cucullum, pileolum.
Caputium por-	Capitium: *orrige.*

Imperitè.	Romanè.
rige.	*namentum capitis, quod gestāt Professores in solemnibus actibus. Epomides vocantur, quæ gestant in humeris:* Doctor-oder Magister Kappen.
Chorus,	Odeum, seu statio Musicorum. *Non enim chorus significat interiorem templi partem vt Barbari volūt, aut subsellia canentium; sed cætum, & coronam hominum, vt concio.*
Litteras commendatorias dedit.	Commendatitias.

Com-

Imperitè.	Romanè.
Cõmuniter hoc fit.	Vulgo.
Communiter faciamus.	Pariter, exæquo.
Compilare suas diuitias.	Colligere, comparcere. *Nam cõpilare proprie est furto spoliare, seu rem sublegere.*
Sum bonæ complexionis.	Temperatę naturæ bene constituti, & affecti corporis.
Confiscare bona.	In publici ærarij ius redigere: fisco adiudicare: facultates in publicum redigere.
Confundere aliquem.	Incutere alicui pudorem.
Congruè loqui.	Ad rem loqui: aptè loqui, *Nam con-*

Imperitè.	Romanè.
	C.
	congruè haud facilè reperies apud Latinos, sed congruenter.
Consodalis, consocius.	*Simplicia non composita sunt in vsu.*
Contentor.	Non recuso, non repugno.
Contentus sis.	Quiesce, tace, otiosus sis: bono animo sis: *Nam contentus non facilè reperies sine ablatiuo, aut infinitiuo.*
Semper contrariaris mihi.	Aduersaris, aut repugnas, siue contrarius es mihi.

Imperitè.	Romanè.
	D.
Dare licentiam.	Facere potestatem, dare facultatem: veniam permittere, concedere.
Defalcare.	Decidere.
De qua patria es tu?	Cuius es? *significat enim cuias cuiatis*, vnde.
Deuotio.	Religio, pietas in Deum: *non beneficiis & deuotionibus aliquem persequi, longè aliud sonat. vt &*, deuotus Tartaro. V. G.
Dixit mihi veritatem.	Verum.
Dimittere mul-	Remittere, & *tam*

Imperitè.	Romanè.
Etiam sine debita.	condonare.
Dispensare in lege aliqua, cum aliquo.	Canonis gratiam facere, aut legis: soluere canonibus aut legibus. *Nam dispensare latinis est disponere, procurare, aut distribuere.*
Dispensator familiæ.	Qui esculenta & poculenta depromit: promus condus: procurator. Qui: *nam dispensatoris nomine censendus videtur, qui pecuniis erogandis, siue exponendis præest.*
Displicentia.	Offensio: molestia.
Negotia mea	Curaui: *nam dispo-*

Imperitè.	Romanè.
disposui.	*nere est rem in ordinem collocare.*
Dispositus à natura.	Constitutus.
Doctus in Grãmatica.	Doctus, peritus Grammatices.
Diutius est quã vna septimana.	Amplius est, vnâ septimana: amplius sunt sex mẽses. amplius horas quatuor mutus iacuit.

E.

E contra.	Contr[illegible] contrario è diuerso.
Est è Venetiis, de Augusta.	Est Venetus: Augustanus.
Estne hoc verum?	*Latinius dices:* ain tu? ain verò?
Vis etiam plus?	Libétne quid amplius?

Vis

Imperitè.	Romanè.
Vis etiam abire?	Num paras diſcedere?
Feci ego etiam?	Num ego feci?
Copiare.	Deſcribere, de exemplari ſcribere: exſcribere: & tranſcribere.
Excuſatio calua.	*Latinius*, futilis, & leuis excuſatio.
Ex nunc, ex tunc.	Ex hoc tempore, ex illo.

F.

Facere collationem.	Cænitare: cænulam ſumere: Veſpertinâ, & modica refectione vti.
Nullam habet conſcientiam.	Religioni ſibi nihil ducit. Cura: obeas.

Fac

Imperitè.	Romanè.
Facit expensas proprias.	Facit sumptus: suo viuit, vel suâ quadrâ.
Factores.	Curatores, administratores alicuius.
Festiuus dies.	Festus, seu feriatus: *festiuus enim idem est quod iucundus, seu lepidus.*
Fueteratus thorax.	Suffultus pellibus.
G.	
Galêa.	Biremis: triremis: quadriremis prout ordines in lateribus habent.
Geniculare.	*Inepta vox*: pro flectere poplites & genua.
Globare cum aliquo	Ludere globo:

Imperitè.	Romanè.
liquo vel globulare.	ſiue ſphæris: mittere ſiue torquere globum.
Groſſeſcere.	Craſſeſcere, ſiue craſſum fieri. *Vnde & groſſus pro craſſo malè ponitur.*

H

Habeo pro nihilo.	Nihili facio: ſiue, ſine pretio aut merito accepi.
Habet me in deriſu.	*Elegantius dixeris.* Habet me deriſui: ludibrio: pro delectamento me habet: ſum illi oſtentui.
Haſtiludia.	Exercitia militaria animi gratia haſtis inſtituta.

Ho-

Imperitè.	Romanè.
Heroldus.	Caduceator.
Hospitale.	Xenodochium *hospitalis enim domus vocatur illa, in qua itinerantes recipiuntur.*
Humiliare aliquem.	Supprimere: abiectum ac vilem reddere.

I.

Immediatè Paulus accessit.	Modò: mox.
Habet magnam inclinationem ad hoc vitium.	Propensionem *inclinatio enim propriè significat inflexionem.*
Infirmatur.	Ægrotat: ægro corpore est: morbo afficitur: *infirmare enim Latinis est debilitare, refellere.*

Infir-

Imperitè.	Romanè.
Infirmitas.	*Non tam morbum, quàm corporis quandam imbecilitatem & defectus significat, ætatis aut aliùs alicuius causa.*
Infinitum concupiscens hoc vel illud.	Infinitè.
In seculo viuit.	In mundo: inter mundanos: *seculũ enim significat spatium centum annorum, hinc ludi seculares, qui centesimo quoq; anno fiebant.*
Ite bini, & bini.	*Eruditis satis est*, ite bini.
Iurista.	Iuris, legúmq; peritus, consultus.

N La-

Imperitè.	Romanè.
	L.
Lacticinia libenter comedo.	Eduliis ex lacte confectis libenter vescor.
Reperi hoc in Legendâ antiqua.	In Vitis, siue gestis diuorum antiquis.
Licentiauit seruum suum.	Missum fecit: libertate donauit: liberum abire permisit.
Linteamina.	Linea aperimẽta lecti: seu lodices linteoli; seu lodicolæ.
Ludere in testudine.	Pulsare testudinem.
Luxuria.	*Malè sumitur à plerisque & cõfunditur cum libidine.*

Ma-

Imperitè.	Romanè.
	M.
Magis voluit vt secum irem.	Maluit.
Malè accepit hoc Paulus.	Ægrè, grauiter tulit.
Maledicere alicui.	Deuouere aliquem.
Malè habet.	Incõmodâ valetudine est ęgrotat: decumbit. *Nã malè habere non est ægrotare, sed offendi tædio: & molestiâ affici.*
Malè locutus est illi.	Stomachus est ipsi: probra coniecit in illum.
Satis manè venisti.	Tempore venisti: tempestiuè, maturè.
Mane stans: sedens.	Consiste, subsiste: stare, seu se-

Imperitè.	Romanè.
	dere perſeuera.
Da mihi meum mantellum.	Pallium: clamydem: *mantelia enim, ſiue manteli pro penulæ genere, ſiue pro thorace quo pectus armant milites, latini ſumunt.*
Maſticare cibum.	Frangere, ſiue comminuere cibum dentibus.
Mediare, vt & intermediare.	Intercedere alicui negotio: liti.
Dedi librum meum compingere.	Librum compingendum dedi.
Mitte me ire.	Mitte me.
Sine me videre: legere: loqui.	Sine inſpiciam ſine legam loquar
Molendinarius.	Molitor, ſiue qui molit.
Moram trahit in hac plateâ.	Habitat.

Mor

Imperitè.	Romanè.
Morbus caducus.	Morbus commitialis *melius eò quòd commitia olim vitiare consueuit.*

N.

Imperitè.	Romanè.
Nescio hoc onus ferre.	Non possum ferre: impar sum huic oneri.
Nescit Latinũ, Græcum.	Nescit Latinè, Græcè,
Noli hoc dicere, facere.	*Magis latinè: ne* hoc dixeris, ne feceris.
Non est ad propositum.	Nihil attinet ad propositum.
Non est bene affectus erga me.	Non est mihi æquus: est mihi parum æquus,
Non licet à patre,	Non licet per patrẽ: non audeo per prçeceptorem.

Imperitè.	Romanè.
Nonscire.	Nescire, *tut quamuis & a rum reperiatur*
Non semel hoc fecit.	Ne semel: *semel enim sign cat plus semel.*
Nullatenus.	Nullo pac nullà ratione.
O.	
Octuaginta.	Octoginta, *ceroni dicitur.*
Opus habeo.	Opus est mi
Ouina caro.	Ouilla.
P.	
Parum ante me venit post me.	Paulò ante, lo post me ve
Peccatum mortale.	Peccatum pitale.
Frater meus perrexit Norinbergam.	Profectus e

Imperitè.	Romanè.
Per vices aliquid agere.	Viciſſim agere.
Vna vice, duabus vicibus.	Semel, bis.
Piiſſimus homo eſt.	*Cicero hoc vocabulum in Antonio carpſit.* pientiſſimus, religioſiſſimus: quamuis & piiſſimus apud Curtium legatur.
Pilatorium.	Sphæriſterium, Balhauß.
Plagare aliquem.	Mutare infortunio
Pleni Lunium.	Oppoſitio Solis & Lunæ *quamuis & Plinius habeat hoc vocabulum.*
Pluries.	Sæpius.
Poſta.	Nuncius: Tabella-

Imperitè.	Romanè.
	bellarius Ver darius. *siue illi q concitatis equis perstationes mut tis litteras quan celerrimè tran portant.*
Potest passare.	Est tolerabi potest tolerari.
Prabenda.	Reditus : au subsidium paup rum:siue sacerd tum
Principaliter.	Præcipuè.
Probabo meam pennam.	Calamum e periar.
Pro hoc die non sufficit mihi pecunia.	In hunc diem in vnam hebd madam.
Pro posse meo.	Pro virili me pro virili parte pro viribus.

Imperitè.	Romanè.
Pro quo est istud.	Cuius eſt, vel cuias, cuia, cuium eſt?
Q.	
Qualis liber eſt?	*Reſpondetur latinè*: ornatus, bene compactus, Rhetoricus. *Barbarè reſpondetur, ſi dicatur*: Ciceronis opus, Saluſtij: *tum enim quærendum erat*, quid libri eſt, quid libelli habes?
Quomodo vocaris?	Quî vocaris? quod eſt tibi nomen?
Quantocyus ad me venias.	Ocyus, ocyter, ocyſſimè.
Quitantia. Quitung.	Acceptilatio, ſeu Apocha: chirogra-

Imperitè.	Romanè.
	rographum à creditore acceptum.

R.

Ratificare aliquid.	Ratum facere.
Regens Scholæ.	Præfectus scholæ : moderator Gymnasij.
Respectum habere ad se.	Rationem sui commodi ducere.
Non potui retinere istud carmen.	Non potui recordari: è memoria effluxit.
Rubeum pallium habet.	Rubrum, *tutius.*

S.

Sagittare auem	Iaculari:iaculo figere:ferire.
Sagittator bonus est.	Sagittarius bonus.
Ille me saluauit.	Seruauit.

Stu-

Imperitè.	Romanè.
Studuisti in schola particulari.	Triuiali *dicunt latini.*
Est Scholaris.	Scholasticus.
Meus frater est Schultetus.	Prætor vrbis.
Secularia verba loqueris semper.	Profana.
Quis est Situatus in hoc loco?	Situs, humatus?
Est mei status.	Ordinis.
Vidi tres studẽtes.	Tres Scholasticos: studiosos litterarum.
Subitaneè & subitaneus.	Subitò, & subitus.
Coadiutor in aliquo officio.	Collega, adiutor.
Est substitutus meus.	Vicarius.
Successu temporis, & progressu temporis.	Tempore procedente,

Imperitè.	Romanè.
Sum mei iuris:	Viuo meo arbitrio:ſum meus.
Supplere locum alicuius.	Obire aut gerere, vices alicuius Vice, alicuius fungi.
Super cras.	Perendie.

T.

Quomodo viuis? taliter qualiter.	Vtcunque, ſeu mediocriter.
Tene calamum hunc pro te	Tibi ſerua: ſit tuus.
Tene illum apud pedes.	Tene pedibus.
Quot tenes famulos?	Quot alis famulos?
Timeo quod Magiſter reſciſcet.	Timeo, ne Magiſter reciſcat.
Tractim dicere.	Lentè *vſitatius.*
Tradere obliuioni aliquid.	Obliuiſci; non *enim quia dicere* [illegible]*,memoriæ tradere*

Imperitè.	Romanè.
	dere aliquid, dicere ſtatim licebit, tradere obliuioni, cùm obliuio ſit negatio ſcientiæ.
Traxit me apud capillos.	Capillis me traxit.

V.

Vbi manſit vltimatè.	Vbi proximè deſitum eſt?
Veniam infrà horam: infra duos dies.	Intra horam: intra duos *dies dicendum eſt.*
Victualia ſunt valde cara.	Commeatus carus: ſeu eſculenta, poculenta carò venduntur.
Viſitauit me Paulus.	Viſit: inuiſit: adiuit me.
Si vllatenus fieri poteſt.	Si vllo modo: vllo pacto.

Imperitè.	Romanè.
Vltimatè.	Vltimùm: vltimo.
Vsque nunc hoc facit.	Etiamnunc.

OBSERVATIONES

Ecclesiasticorum præcipuè vocabulorum ex Iacobo Pontano correctæ.

Notandum primò diligenter non ita temerè vsurpandas esse sequentes locutiones, vt positas vel correctas hîc reperies: sed adhibendum iudicium, & pro varietate rei, vel sermonis accommodandas: quod item in superioribus te obseruare velim. *Quod enim* inquit Pontanus, *cum modo, loco, tempore, aptè atque opportunè adhibitum festiuitatem, atque elegantiam habere potuisset, id ineptè vsurpatum cachinnos etiam mouebit.*

2. Tertii Annot. ad iudicem húc.

Exem-

Exempli gratiâ Angeli (quod vocabulum potius non latinum est; quàm Barbarum) eleganter dicuntur, Beatæ mentes. *Si tu iam ita loquaris*: Victor iste pinxit pulchrè mihi Beatas mentes *rideberis meritò, & iudicio carere censeberis.*

Ecclesiasticè.	Latinè.
	A
A*bbas.*	COEnobiarcha: Monachorum seu Monachis Præfectus: Antistes: Pater.
Absoluere ab excommunicatione.	Ecclesiæ communioni restituere: vinculo Ecclesiæ soluere.
Absoluere ab Heresi.	Ecclesiæ recõciliare: ab Hæresi expiare.
Abbatissa.	Antistita sacrarum

Ecclesiasticè.	Latinè.
	rum virginum: Assecetriarum præfecta: maxima virginum Mater.
Adam vetus, seu caro.	Inferiores animæ vires: cupiditates: libidines.
Aduentus Domini.	Dies sacri Dominico aduentui: hebdomades, quæ anniuersariã Christi nascentis memoriam præcurrunt: quo tempore exspectatio Virginei pàrtûs celebratur.
Tribulationes, & aduersitates.	Res incommodæ, asperæ, graues duræ, aduersæ: casus aduersi iniqui.
Ille me non adi-	Est mihi malo

ficat.

Ecclesiauicè.	Latinè.
ficat.	exemplo: homo boni, seu mali exempli.
Agnus Dei.	Cerea Agni cęlestis imago: Agnus est cera ritè consecratâ factus: sacrata in cera effigies Agni cælestis: diuinus Agnus in cereâ effigie: sacra Agni Dei imago.
Altare portatile.	Subductile: explicabile: temporarium.
Angeli.	Beatæ mentes: mentes illæ cælestes, & ab omni concretione mortali segregatę cæestes animi, spiritus,

Ecclesiasticè.	Latinè.
	tus, qui sunt ab omni admistione corporum puri, atque sinceri.
Anno Domini.	Anno post Christum natum: Christi nati: anno à salute humano generi restitutâ, recuperatâ: anno à puerpera Virgine: à Partu Virginis.
Antipendium altaris.	Pallium, quo altare prætexitur: sacra vestis ad altaris ornatum frõtale.
Apostatare à fide.	Ad Hæreticorum castra transfugere. Sacrâ Christi deserere: abiurare religionem ve-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	veram, & Catholicam.
Apostata.	Desertor religionis : fœdifragus: transfuga.
Apparuit mihi in somniis.	Vidi secundùm quietem : imago secundùm quietem obuersata animo: spectabilem habui in sumno D. Petrum.
Aqua benedicta.	Aqua lustralis, sacra.
Arma passionis.	Christi cruciamentorum insignia : sacra monumenta Christi passii.
Articuli fidei.	Capita fidei.
Assistere alicui in Agone.	Confirmare aliquem in supremo

Ecclesiasticè.	Latinè.
	mo vitæ tempore, quo anima discepta: succurrere cuipiam in extremo certamine: firmare morientem, illâ præcipuè horâ, quæ de annis omnibus sententiam feret.
Assumptio B. Virginis.	Qui dies Dei Genitrici in cælum assumptæ sacratus est.
Audire Missam.	Interesse rei diuinæ, diuino sacrificio: rem diuinam obi[illegible]*issa autem ipsa Sacrificium Latinis appellatur, Græcis λειτουργία. ἱερουργία*

Ecclesiasticè.	Latinè.
	γία μυσταγωγία. προσφορὰ, θυσιά-τελετή.
Aue Maria.	Angelica salutatio.
Austeritas vita.	Victus cultúsque in primis horridus & asper.

B.

Bacchanalia.	Hilaria, Liberalia, Dionysia: Lupercalia, quibus diebus bacchatur hominum effrenata licentia.
Baptismus.	Salutare lauacrum.
Baptizari.	Sacro Baptismate ablui: salutari aqua ablui: sacro rore tingi: æternæ salutis fonte

te

Ecclesiasticè.	Latinè.
	re initiari: ablutione sacra expiari: lustrari.
Benedicere alicui.	Bene precari: faustâ cum prece dimitti: à Pontifice solemni precatione lustrari.
Bene viuere.	Purè & castè vitam colere.
Blasphemia.	Atroces voces in Deum, verborum impietas.
Blasphemare.	Diuinum numen verbo violare: sceleftâ linguâ Deum lacessere: impia verba in Deum profundere: iacere.
Bona opera.	Piæ, sanctæ, præclaræ actiones, vir tutis

Ecclesiasticè.	Latinè.
	tutis exercitatio: vsurpatio piorum munerum.
Bona opera facere.	Virtutum officiis fungi.: virtutum officia præstare.
Bonæ conscientiæ homo.	Integer vitæ, sceterísque purus: homo extra culpam viuens.
Piæ memoriæ, mortuus est meus pater.	Cui mortuo bene sit, cui Deus mortuo bene faciat: cuius manibus benè precor.
Breuiarium.	Codex precum Horariarum *quãuis* & Breuiarium *rectè dicatur, cum sit liber ille compedium, hoc est,* Bre-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	Breuiarium *quodammodo totius scripturæ sacræ.*
C.	
In cælum abijt.	In cælestes domos: in consilium cælestium: ad superas sedes: ad illas oras, vbi placidissima quies & vita sempiterna vigent.
Cæremonia.	Ritus Ecclesiastici.
Calendarium nouum seruare.	Anni obseruationem ad præscriptum noui Calendarij, seu nouorum Fastorum dirigere.
Canonicatus.	Sacerdotium pingue, opulentum,

Ecclesiasticè.	Latinè.
	tum, amplum.
Canonizare aliquem.	In diuos referre: ad sanctorum numerum, ordinem adscribere, cælestes honores alicui decernere.
Cantare Vigilias mortuorum.	Funebria celebrare: funeralia, funebri Psalmodia alicui parentare.
Capitulum.	Senatus Canonicorum: collegium.
Casulæ.	Sacræ vestes: vestitus sacerdotis: ornatus sacrificialis.
Casus conscientiæ tractare.	Explicare quęstiones de moribus: officia homi-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	nis Christiani tradere: res ad Christianum officium pertinentes: controuersias, quæ ad conscientiam pertinent: quæ sunt de finibus bonorum & malorum in re Christiana explicare.
Catechismus & catechisare.	Scholas cathechismi habere, catechisticam: legẽ Christianam tradere: Christianis præceptis pueritiam instituere: erudire fidei nostrę mysteriis, præceptionibus, rudimẽtis, initiamẽtis.

Est

Ecclesiasticè.	Latinè.
Est factus Catholicus.	Catholica dogmata amplexus est: cum verâ religione reconciliatus: se ad Romana mysteria conuertit.
Missam celebrare.	Facere, seu rem diuinam facere, conficere, peragere: sacris operari: cælestem hostiam immolare, sacrificare, sacrificium facere.
Christiana religio.	Christiana respublica: res Christianæ: Christi respulica.
Christiani.	Christi sectatores: Christianorum sacris imbuti:

Ecclesiasticè.	Latinè.
Commendare Deo aliquid in oratione.	Consulto per preces ac Sacrificia Domino: consulto suppliciter Deo.
Communicare.	Ad sacram synaxin, mensam, panem cælestem accedere: cælesti pane sacrosancto Christi corpore, diuino epulo, pabulo vesci, pasci.
Concionari.	De rebus diuinis ad populum dicere.
Concionatores.	Præcones, nuntij, Oratores Euangelici: à concionibus populo esse: Ecclesiastem agere.

Ecclesiasticè.	Latinè.
Confessarius.	A confessionibus: conscientiæ Iudex arbiter.
Confiteri.	Eruere animũ peccatorum sordibus, per purgare emaculare cõsciẽtiam; vulnera conscientię sacro medico detegere: obire cõfessionis sacrum mysteriũ: crimina sua apud Sacerdotem accusare, exponere: Pœnitentiæ sacramento vti: apud Sacerdotẽ animi sordes abstergere eluere, abolere.
Confiteri generaliter.	Expiare superioris vitæ noxas omnes:

Ecclesiasticè.	Latinè.
	omnes omnium annorum crimina Sacerdoti patefacere: omnis antè actæ vitæ scelera abolere: se accusare: repetitâ confessione omnium à pueritia peccatorum; animi habes quas in omni vita collegeris exponere: expiare, &c.
Contritio.	Dolor ex flagitiorum seu criminum recordatione susceptus.
Controuersiæ fidei.	Dogmata, quæ in controuersiam vocantur.
Conuertere se	Ex corruptis

Ecclesiasticè.	Latinè.
ad meliorem vitam.	moribus ad emẽdatiorem vitam traduci: ad bonam frugem reduci, redire: è scelerum gurgite extrahi: ab improba peccandi consuetudine vocari.
Corporaltaphen.	Sacrorum linteolorum theca.
Sancta Crux.	Salutare signũ: lignum in quo salus nostra pependit.
Incedit in superpellitio. Er hat ein Chorrock an.	Linteatus: linteâ indutus tunicâ: linteâ veste: albatus.

D.

Est damnatus.	Sẽpiternis suppliciis mactatus, puni-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	punitus : in æternas miserias, & tenebras deiectus.
Dare Eleemosynam.	Stipem conferre in egentes, mẽdicos: benignè facere alicui.
Dare, vel iniungere alicui pænitentiam.	Piaculum alicui imponere.
Dauid præfigurauit Christum.	Moribus & factis venturũ Christum, multis in rebus repræsentauit.
Dedicatio templi.	Religionibus consecratum, & dedicatum templum.
Dedicationem templi agere.	Solemnia, ac iusta consecrationis templa.

Ecclesiasticè.	Latinè.
Degradare sacerdotem.	Exaugurare, præsbyterio abdicare.
Degradatus.	Exauctoratus: Sacerdotij dignitate cum ignominia spoliatus.
Est deuotus S. Petro.	Præcipuo quodam cultu D. Petri maximè clientelam fidémque cõfugit: religione magnâ S. Catharinæ tenetur: S. Ioanni Baptistæ, ac B. V. præcipuâ religione deseruit
Diabolus.	Hostis humani generis: cacadæmon: tartareus inimicus tyrannus orci.

Dies

Ecclesiasticè.	Latinè.
Dies Annunciationis.	Dies cælesti ad Virginem nuncio sacer.
Dies S. Catharinæ,	Quo die Catharinam Martyrem Christiana veneratur Ecclesia: quam luce S. Catharinæ sacra natalitia celebrantur.
Dies corporis Christi.	Dies, quem Augustissimo ritu Eucharistię anniuersarium sacrum colimus.
Disciplinas facere,	Pænæ nomine se acerrimè verberare: voluntarium de se supplicium verberibus sumere corpus voluntaria

Ecclesiasticè.	Latinè.
	tariâ verberatione coërcere: se flagellis cædere: flagris concidere: verberibus in suũ corpus animaduertere funiculis se multare: castigare.
Dispensare in Voto.	Voti religione soluere.
Domuncula sacramenti.	Sanctuarium, angustissimo Christi corpore custodiendo, Eucharistiæ asseruandæ; PræcelsamEucharistiæ pegma; παϛοφόρειον ab antiquis appellatum.

C.

Ecclesia pri-	Ecclesia oriens,

mitiua

Ecclesiasticè.	Latinè.
mitiua.	nascens: Christianorum tum primum adolescens Ecclesia.
Ecclesia Catholica.	Verè credentium cætus: Ecclesia Romana: princeps & magistra orbis terrarum Ecclesia.
Eleemosynam petere.	Precari aut cogere stipem: ostialem victum, panem petere.
Sub Eleuatione.	Cùm extolleret Sacerdos cælestem hostiam: cum populo venerandam ostenderet.
Epiphania Festum.	Regalia.

Episco-

Ecclesiasticè.	Latinè.
Episcopum fieri.	Ad Pontificatum ascendere: delatam Ecclesiæ Romanæ accipere administrationem: Pontificis insignibus ornari.
Eremus	Inculta solitudo.
Ethnici.	Pagani, qui nullam Christianæ religionis disciplinam acceperunt: veteres, quorum animi densissimis errorum tenebris inuoluti, eâ quæ nobis diuinitus affulsit, veritatis luce caruerunt.
Examen con-	Sua dicta, facta *scien-*

Ecclesiasticè.	Latinè.
scientia facere.	per diem diligentissimè recognoscere: conscientiam excutere: in se ipsum diligenter quotidie requirere explorare latebras animi: diuina facta ad Christianæ religionis rationem exquirere: quotidianà perscrutatione intimos animorum recessus inspicere.
Exercitia spiritualia facere.	Execrationibus sacris, piis excoli, expoliri: diuinarum rerum commentationibus vti, exerceri.

Ex-

Ecclesiasticè.	Latinè.
Extremum iudicium.	Decretorius ille humani generis dies: quo die in vitam genus humanum recitabitur, quo pro re quisque apud diuinum tribunal caussam dicet dies ille nouissimus, quo Christus de cælo ad iudicia exercenda descendet: quo omnium seculorum mortui reuiuiscent: qui dies de omnibus annis nostris sententiam laturus est.
Extremam Vnctionem suscipere.	Sacro perungi oleo: ad luctandum

dum

Ecclesiasticè.	Latinè.
	dum cum aduersario inungi.

F.

Facere Crucem.	Salutari signo se munire: signum crucis digito in fronte pungere, effingere, imprimere.
Facere pænitentiam.	Labem aliquo piaculo diluere: voluntarias pænas vltro suscipere: præteritæ vitæ peccata quam acerrimè vindicare.
Facere primitias.	Primas Deo hostias immolare: sacrificandi initium facere.
Festum S. Pau-	Fabianæ, Anli,

Ecclesiasticè.	Latinè.
li, Fabiani, Antonij.	nianæ, Paulinæ Feriæ.
Fundatores Religionum.	Cōditores: Auctores: qui ordini leges dederunt: parentes Religionum.

G.

Grana Benedicta.	Piaculares globuli: orbiculi.
Guardianus.	Custos seu Præses Cœnobij: Pater Monachorum.

H

Hæreticus,	Homo pestiferis opinionibus corruptus: Hæresum pestilentiâ fœdatus, inquinatus: Hæreticâ labe pollutus, contaminatus, infectus.

Heb.

Ecclesiasticè.	Latinè.
Hebdomada Sancta.	Hebdomas maior magna.
Humilitas,	Modestia : despicientia sui: animi demissio.
I.	
Indulgentia,	Condonationes Ecclesiæ: expiationes publicæ.
Ingredi in Religionem.	Mancipare se Religioni : inter Franciscanos admitti, adscribi in familiam, ordinem Benedictinorum. humanis rebus valere iussis, Christi seruitio se addicere: Religiosorum vitam inire, instituta profiteri

Ecclesiasticè.	Latinè.
	teris castra sequi: Religionis sacramento se obligare.
Inquisitor.	Hæreticarum rerum quæsitor.
In Hæreticum inquirere.	Quæstionem fidei in aliquem exercere.
Inuocare B. Virginem.	Beatam Dei Matrem intenta supplicatione propitiare.

L.

Liberum arbitrium.	Libe[illegible]ominis voluntas.
Lytaniæ.	Patrocinia Diuorum, religiosæ supplicationes: preces, quib9 sanctorũ suffragationes exposcuntur.

Ma-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	M.
Maledictus.	Execratione deuinctus.
Martyrizari.	Sacra Martyrij coronâ donari: pro Christo extrema supplicia pati.
Meditari.	In contemplatione superarum rerum, atque cælestium exercere animum.
Meditationes.	Piæ commentationes.
Miraculosus Sanctus.	Mirandis operibus editis, & supra hominis conditionem in vita nobilitatus.
Monachi Franciscani, Dominicani.	Collegium Sodalium. D. Fran. Familia Sacra D: Franc.

Ecclesiasticè.	Latinè.
	Franc: è disciplina S. Franc. homines, qui D: Dominici instituta profitentur.
Mortificare se.	In semetipsum durùm ac seuerum esse: acriter sibimet imperare: acriter frangere animum.
Mortificatio.	Asperitas vitæ voluntaria: corporis afflictatio.
Mundi vanitates.	Rerum fluxarum blandimenta: voluptatum illecebræ.
Res temporales.	Res fugaces: perituræ: caducę: inanes: mortales.

No-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	N.
Nouitius.	Tiro, candidatus alicuius religiosæ familiæ; qui nomen dedit in Benedictinorum tyrocinium.
	O.
Obedientiam deferre Pontifici.	Paratam ad omne obsequium voluntatem ac studium deferre Pontifici.
Orare.	SupplicareDeo: Adhibere preces Deo : in diuinas precationes se effundere.
Oratio mentalis.	Tacita precatio.
Ordines suscipere.	Sacris initiari: Sacerdotio inaugurari.

Pal-

Ecclesiasticè.	Latinè.
P.	
Palmarum dies.	Oschophoria: ramalia verbenalia, palmaria.
Parasceue, seu dies Veneris Sancta.	Soteria: dies dicatus redempto orbi.
Parochus.	Curio: antistes sacrorum.
Parochiales.	Curiales.
Passio Domini.	Acerbissima nex Christi, mors, cruciatus, tormẽta: historia Christi Domini patientis: sermo de Domini excessu publicè habitus. Passion Predig.
Patrinus.	Sponsor, siue fussor.
Peccare.	Flagitia, scele-

Pec

Ecclesiasticè.	Latinè.
	ra committere.
Peccare venialiter.	Minora piacula patrare: maculas quotidianas contrahere.
Pentecoste.	Diei quinquagesimi celebritas: quam græco nomine Pentecosten vocant.
Peregrinari.	Religionis causâ aliquò proficisci: ad S. Petrum adire: votiuas peregrinationes adire.
Persecutiones.	Vexationes Christianorum seuissimè in Christianos quæstiones exercitæ.
Pœnitentiam facere.	Rebus duris nemini propitiando

Ecclesiasticè.	Latinè.
	operam dare.
Prædestinatio.	Præsensio, atque præscriptio diuina.
Prædicantes.	Magistelli, rabulæ, præcones, quos prædicantes vocant. Seminiuerbij: spermologi.
Præsumptio, processio.	Præceps confidentia: Pompa solennis sacra, publica supplicatio.
Processionem facere.	Solemnes ducere pompas: in supplicationem & pompam sacram procedere.
Propheta.	Sanctus Vates: prophetico spiritu afflatus: vatici-

nij

Ecclesiasticè.	Latinè.
	nij laude clarus: diuinus.
Prophetia.	Vaticinium:vaticinatio: oraculũ diuinum.
Prophetare.	Vaticinari:oracula canere.
Psalmi.	·Diuina Dauidis carmina:hymni S. Dauidis.
Purificatio.	Expiatio : lustratio.
Q.	
Quæ nec oculus vidit.	In cælesti illâ, & sempiternâ domo Dei, talia bona nos manent, vt ea neque aspectu oculorum cõprehendi, neque auribus percipi, neque vllâ cogi-

Ecclesiasticè.	Latinè.
	tatione queant adumbrari.
	R.
Raptus verzuckt.	Alienatus à sensibus.
Redemptor, Erleser.	Vindex, & parens nostræ libertatis.
Refectorium.	Cænatio: Triclinium.
Reformare fidem.	Elisis stirpibus prauarum consuetudinum, quæ caput tollebant, efficere vt oppida, regna ad sincerá veteris fidei religionem redeant: instaurare disciplinam: legibus labentem morum disciplinam fulcire,

Ecclesiasticè.	Latinè.
	re, coércere, stabilire,
Renunciare mundo.	Nuncium rebus humanis remittere: rebus fluxis, & mortalibus valedicere.
Requiem legere.	Sacrum funebre conficere: iusta solemni Christianorum ritu peragere.
Resurrectio Christi.	Christi reditus ad vitam dies anniuersarius Domini reuiuiscentis.
Creiswoch. *Rogationum dies.*	Ambarualia.
S.	
Sacramenta frequentare.	Sacra mysteria obire.

Ecclesiasticè.	Latinè.
Sacra scriptura.	Diuinæ litteræ: diuini libri: diuinarum legum, librorum, scriptorum monumenta: cælestia scripta.
Sacristanus.	Æedituus seu Æditimus: custos ædis sacræ.
Sacristia.	Sacrarium sacrum vestiatium: locus sacræ supellectilis sacri instrumenti
Scandalum.	Offensio.
Scandalizare.	Offendere aliquem.
Scrupulosus.	Obstrictus religione: curis inanibus occupatus.
Scrupuli.	Suspiciones, egritudines, pauores,

Ecclesiasticè.	Latinè.
	res, metus, fluctus, æstus solicitudinum: conscientiæ stimuli: infelix sui calumniandi miseria, ac pæna.
Habuit Scrupulum hoc faciendi.	Impetum retardabat suspicio latentis in tam speciosâ cogitatione piaculi.
Non scrupulosus.	Solutus religione animus.
Sensus litteralis.	Historicus: explanandi ratio historica.
Simonia.	Sacrorum nundinatio: sacrilegus mercatus.
Somnus peccatorum.	Lethalis veternus.
Suspendere ab	Sacerdotio ex-

Ecclesiasticè.	Latinè.
officio.	uere:officium Sacerdotis abrogare.

T.

Habet multa talenta.	Multa & præclara animi dona, & quasi talenta possidet.
Templum Cathedrale.	Templum maximum, princeps, summum : ædes primariæ.
Testamentum vetus.	Priscæ legis instituta: instrumentum vetus.
Tonsuram accipere.	Sacrâ tonsione affici.

V.

Vesperas cantare.	Vespertinas preces canendo persoluere.
Vigilia Sancti	Peruigilium.

Tho-

Ecclesiasticè.	Latinè.
Thomæ.	
Vouere aliquid.	Voto se deuincire, obstringere, obligare : se perpetuâ voti sponsione Deo consecrare, suam Deo castitatem Voto dedicare.

Atque hæc exempli gratiâ sufficiant: tum vt inde discat Tiro linguæ, qui sint scopuli, quos maximè vitare debeat:tum etiam vt, si qui alij dicendi modi similes occurrunt, sciat, quâ ratione ad exemplar prædictorum Auctorum commodè & latinè rem quamlibet exprimat.Boni enim Rhetoris est; *non tam phrases elegantes aliunde colligere, quàm facere*; hoc est, nôsse artificium copulandi verba more Latinorum:illud & in his, & in aliis diligentissimè obseruando: ἐδὲ

πάντα, οὐδὲ πάντη, οὐδὲ πάντοθε, οὐδὲ παρὰ πᾶσιν.

Ceterùm, quia in *Particulis* quarundam orationis partium mira vis atque elegantia apud Latinos eſt; nō pigebit rariores, & quæ vſu non ita facilè addiſci poſſunt, ex Turſelino noſtro excerpere, & Iuuenibus qui vaſtitate librorum admodum terrentur, compendio huc adſcribere.

A

Compendiolum Elegantiarum in Particulis.

A, vel AB. Eleganter iungitur verbis neutris. Vt, *A Paulo occidi interij.* Significat cauſam propter quam. *Mare à Sole collucet.* Locum aut Perſonam, Vnde. *Ab Andrea numerauit, aut ſoluit mihi pecuniam.* Significat idem quod Pro. *A bonorum cauſa ſtat: A me eſt.* Idem quod Poſt. *A morte Parentis hic dicimus annus eſt.* Idem quod Propter. *Vir ab innocentia clementiſſimus eſt*; *Puer à memoria* præ-

præstantissimus. Idem quod Præpositus alicui muneri. *Est mihi ab epistolis: A rationibus: A pedibus.*

ABHINC. Ablatiuo & Accusatiuo iungitur, & tempus præteritum tantùm, non futurum significat. *Pragæ fui abhinc, annos vel annis duodecim.*

ABSQVE. Comicis relinquendum: in solutâ oratione meliùs dicitur, *Sine iniuria*, quàm *Absque iniuria.*

AD. pro Vsque ad. *Perpotauit ad insaniam: Ad insaniam studuit: Ad obolum persoluit: Ad vnguem scit.* Pro Circiter. *Ad centum sumus in Rhetorica.* Pro Apud *Ad vrbem est.* Pro Quod attinet ad. *Prudens ad consilia.* Pro Secundum *Ad voluntatem mihi succedunt omnia.* Pro Aduersus. *Herba ad morsus bestiarum: Ad oculorum morbos: Ad vulnera.* Pro Præ. *Doctus Iacobus est, sed nihil ad Antonium.*

AD-

Adeo. Pro verò. *Hanc adeò illi gratiam habeo.* Item pro Imo. *In schola atque adeò vidente praeceptore hoc egit.*

Adhvc. Temporis est, non Numeri. *Adhuc nihil actum est.*

Admodvm. Pro Penè. *Nihil admodum respondit: Viginti admodum iuuenes in templo garriuerunt.*

Adversvs. In bonam etiam partem accipitur. *Pietas aduersus Deum.*

Æqve. Ponitur aliquando cum Ac. *Nemo libris aequè delectatur ac Paulus.* Aliquando cum Atque *Ne obseruat aequè, atque te.* Aliquando cum Et. *Non aequè grãdes sunt labores Magistro, & Discipulo.* Aliquando cum Vt. *Non possum aequè esse in schola vt alij.*

Alivs. Saepe iungitur cum Ac, Et, Atque. *Solet aliud mihi, ac tibi videri.* Rariùs cum Quàm à Cicerone.

Alias

ALIAS. Temporis plerumque est apud Tullium. *Canendum aliàs contentiùs, aliàs remissiùs.*

ALITER. Copulatur plerumque cum Ac Atque Vt, Quàm. *Non saluus sum, si aliter scribo, ac sentio. Aliter, atque ostenderam, facio. Nescio quid aliter audio, atque vt ad te scribebam. Ne aliter, quàm ego velim, meum laudes ingenium.*

ALTERVM TANTVM. Significat duplo plus. *Alterum tantum auri non mereat mihi.*

AMPLIVS. Refertur ad Tempus. Amplius sunt sex menses. Ponitur pro Insuper. *Decreui hoc amplius.*

AN. Eleganter dubitat. *Hoc dixit paucis, antequam mortuus est, diebus, an mensibus?*

ANTEQVAM. Disiungitur aliquando. *Quæ causa ante mortua est, quam tu natus esses.*

AST. Rarum apud Oratores: non inusitatum: Cicero ad Atticum. *Crebras*

bras à nobis literas expectas, ast plures mittito.

ATQVI. Pro Attamen. *Atqui ne ex eo quidem tempore hoc egit.*

B.

BENE. Pro Valde. *Bene longa oratio: Bene longus homo.*

BELLE. Id est, Satis benè. *Bellè cessit negotium, Bellè habet.*

BREVI. Pro Paucis. *Complectar breui.*

C.

CITIVS. Pro Potius. *Citiùs dixerim iactâsse se aliquos.*

CITRA. Pro Intra. *Citra Almonium habitant Eystettenses.* Pro translationem. *Citra satietatem comedere,* Pro sine. *Citra fastidium.*

COMMODVM. Id est, opportunè. *Commodùm obuiam venisti.*

NON

NON CONTINVO. Id est, Non ideò. *Non continuò, si me in gregem improborum intuli sum improbus.*

CONTINENTER. Pro sine intermissione. *Continentes tres horas studuit, potauit, scripsit.*

CONTRA. Id est, è Contrariò. *Vt hi miseri, sic contra illi beati.* Iungitur cum Ac, Atque. Quàm. *Contrà, ac licet: Contrà atque oportet: Contrà, quàm promissum est, egit Iacobus.*

CVM. Indicatiuo gaudet, cum temporis est. *Multi anni sunt, Paulus in ære meo cùm est.*

CVR. Cùm causa iungitur. *Non fuit causa, cur tantum laborem caperes.*

D.

DE. Pro Ex, accommodatur ad Personam. *Audiui hoc de patre meo.*

meo: de frater quæsiui. Ad Locum. *Clamat de via*. Ad tempus. *De nocte in templum venit*. Ad gradum. *De plebe homo*. Ad multitudinem. *Vnus de multis: de septem*. Idem pro Propter aliquando sumitur. *Non de nihilo flebat: non de suo supplicio*. Pro quod attinet. *De facie noui*. Huc pertinent & illa *De consilio: De sententia mea feci: De industria: De integro: De scripto: De verbo: De meo: de tuo: olent vnguenta de meo*.

Deinde. Est ordinis aduerbium. *Anno ego tibi obuiam non prodirem? primùm Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more maiorum, deinde (quod caput) amico?*

Deinceps. Ferè tantùm significat. Vnum post alium. *Primò bibit Paulus, deinde Petrus deinceps reliqui*.

Dvm. Pro Dummodo. *Libenter seruio tibi, dum ne mercedem neges*.

E a-

E.

EATENVS. Significat, Vſque ad eum terminum *Si quis eſſet ſordidior, ferebat eatenus eum Stephanus, quoad ipſe per ſe negligeret eas ſordes.*

ENIMVERO. Vehementius affirmat. *Ain' vero? Aio enimuero.* Aliquando vſurpatur pro Scilicet. *Tu enimuero homo lepidus es.* Aliquando pro Demum. *Nunc enimuero occidi.* Pro Nimirum. *Enimuero Dij nos quaſi pilos habeat.*

ERGO. Pro cauſa. *Nequitia ergò puer vapulauit.*

EST. Pro, Et tamen. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

ETIAM. Huic particulæ. Et præponi non facilè ſolet: neque enim dicitur tam commodè, ſicut *Atq; etiam* Aliquando vim habet affirmandi. *Aut etiam, aut non reſponde.* Repetitum vehementiam ſonat. *Etiam atq; etiam te rogo*. Dicimus. Etiamnum, vel Eti-

Etiamnunc,pro adhuc; quemadmodum etiam &, Tunc,pro eo, quod Barbari, Vsque tunc.

E vel Ex Causam sæpe declarant. *E via langues: Ex me doluisti.* Iungitur, Ex,parti corporis. *Ex capite laboro; Ex pedibus; Ex oculis.* Non ita facilè reperies. *Ex vertigine,ex insania laborat*: quamuis aliquando reperies. Huc pertinent. *Vnus è vel ex multis.* Item, *Ex insidiis aliquem conficere: Ex improuiso: Ex tempore disce.* Item pro Secundum. *Ex more aliquid facere : Ex praeceptis Decalogi.* Item, *Ex loco superiore pugnare : Ex interuallo ad studia literarum redire* Referuntur ad vtilitatem etiam. *E re mea est: Ex republica. Ex nostra dignitate Ex æquo decreuit.*

Extra pro Præter. *Extra Clericos,omnes à magistratu ciuili puniri possunt.*

Fa-

F.

FACILE. Pro Sine controuersia. *Facilè Princeps oratorum* Cicero. Iungitur & cum Superlatiuo. *Facilè doctissimus.*

FORTE. Multum differt à Fortasse & Forsitan hoc enim idem significat, quod cassu. *Nicolaum fortè domi reperi.* vbi non bene diceres, *Forsitan* aut *Fortasse.* Notandum tamen, quoties antecedit Si, Nisi, Ne, dici *Fortè*, non *Fortasse aut Forsitan. Si quis vestrum fortè miratur*: Nisi multa aliquando verba interponantur.

H

HACTENVS. Vsque ad hunc terminum aut locum significat. Per translationem frequentius vsurpatur. *De his hactenus.* Cùm ad Tempus refertur, non ita commodè vsurpatur. *Gessit se bene hactenus.* Dicendum enim est. *Adhuc benè se gessit.*

HAVD

HAVD. Haud ſcio, an: significat eleganter. *Fortaſſe. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum.* Haud paulò plus: id eſt, Multò plus.

HIC. Pro, Cum ita res ſe habeat. *Hîc nos miramur tantam audaciam.*

HINC ILLINC. Pro Hinc inde. *Hinc illinc exhibes mihi negotium.*

I.

I'AM NVNC. Ex hoc tempore, ſeu, quod Barbari, Ex nunc. *De ſupremo die iudicij cum cogito, iam nunc horreo.*

IAM DIV. Huic non rectè ſubijcitur, Eſt quòd Vt, *Iam diu eſt, quod ſtudeo*: ſed *Iam diu*, ſtudeo.

IDEM. Barbarè ſubiungitur huic voculæ *Cum* Vnde non dices: *Idem eſt, cum illo: ſum idem tecum*: ſed, *Idem atque ille: Idem ac frater tuus.*

IDENTIDEM. Sæpius per interualla. *Identidem in febrim relabitur.*

IN-

IN. Dicimus. *In dies: Inposterum In primis: In diem viuere*: diuisim, non coniunctim. *In caput alicuius pecuniam statuere: Peregrinum in modum exornatus: In orbem bibere*, &c.

INFRA. Translatè elegans est. *Infra me humana omnia duco.* Sumitur pro Post. *Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit.*

IPSE. Pro omnino. *Triginta dies sunt ipsi, cum hæc, &c.*

ID. Dicimus, *Id ætatis, temporis*, pro, Eo tempore ætate.

ITERVM. Pro Secundò. *Iterùm, tertiùm, quartùm consul. Iterùm ac tertiò, seu tertiùm factum est. Semel: iterum: tertiò* dicendum est: non, *semel, bis ter.*

IVXTA. Pro Æquè. *Iuxta boni, malique obtruncati sunt.* Assumit. Ac si. *Tum reliquis officiis iuxtà, ac si meus frater esset, sustentauit me.* Item Cum. *Iuxta tecum existimo.*

LON-

L.

LONGE. Id est, quod Procul. *Longè abest*; non, quod Barbari, *A longè illum vidi.*

M.

MAXIME. *Vel maximè*; *Vt cùm maximè*, *Quàm qui maximè sapit*: elegantia sunt.

MAGNOPERE. Diuiditur eleganter *Magno abs te opere peto.*

MALE. Latina sunt. *Malè accipere aliquem*: *Malè multare*: *Malè audire*: *Malè facere alicui*: *Malè esse*: *Malè habere*: *Malè narrare. &c.*

MALVM. Indignantis est. *Quenam (malum) est ista voluntaria seruitus?*

MINIMVM. *Vel minimum* dicitur: non tam benè, *Vt minimum.*

MIRVM. Iungitur cum Quàm, Quantum. *Mirum quàm*: *Mirùm quantùm industrius iuuenis.*

MODO

MODO. Pro Tantummodo. *Hi vnum modò, qualè sit, suspicantur.* Pro Tamen. *Ad cælum peruenies, si modò bonus fueris.*

Mox. Iungitur cum Quàm. *Quàm mox hoc expedias velim.*

N.

NEQVE & NEC. *Neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* Negationes hæ post Non, vel Nihil, vel Nullo modo affirmant. *Non medius filius præ lachrimis possum reliqua nec cogitare nec scribere.*

NIHILO. Semper cum comparatiuo iungitur. *Nihilominus: Nihilo beatior est Iupiter, quàm Epicurus.*

NIMIVM QVANTVM. Idem est, quod Mirum quantùm. *Sales in dicendo nimiùm quantùm valent. Nimio plùs te diligo.*

NISI

NISI. Elegantiæ causa aliquando assumit Si. *Quenquam illudi nolo; nisi sise iactat.*

NVLLVS. Pro Non. *Memini, tametsi nullus moneas.*

NVMQVID. Si addatur Nam, vehementius interrogat. *Numquidnam vis?*

NVNC. Admittit aliquando Iam. *Nunc iam sum expeditus.*

NVSQVAM. Barbari dicunt *Nullibi*, vt &, *Vllibi* pro *Vsquam*.

O.

OB. Significat aliquando Ante. *Ob oculos versatur mihi semper mors.*

OMNINO. Pro Nimirum. *Omnino est amans sui virtus.* Pro Tandem. *Quid enim est omnino hoc?*

P.

PARITER. Additus illi Ac, Atque, Et, Vt. *Vultu, colore ac motu corporis*

poris pariter atque animo varius: *Pariter hoc fit, vt alia facta sunt.*

PARVMPER & PAVLISPER. Paruum tempus significant. Hinc non dices; *Expecta parum*: sed *Parumper* aut *Paulisper*.

PER. Refertur aliquando ad Tempus. *Per eos dies gesta sunt.* Aliquando ad personam. *Per Iacobum hæc transigit.* Aliquando ad modum. *Domum per potestatem Georgio abstulit prætor.* Per simulationem: *Per speciem*: *Per causam*. Huius etiam loci sunt: *Per ætatem*, *Per valetudinem non licet*: *Per inuidiam hoc factum est*: Per aliquando concedentis est. *Per me vel stertas licet.* Aliquando Obsecrantis est. *Per fortunas tetuas rogo.*

PERINDE Ponitur cum Vt. *Perinde vt ego.* Cum Quasi. *Perinde loquitur quasi insanus.* Aiunt *Proinde* eiusdem esse vsus, nisi mendum in typo est.

ADEO. Pro verò. *Hanc adeò illi gratiam habeo.* Item pro Imo. *In schola atque adeò vidente præceptore hoc egit.*

ADHVC. Temporis est, non Numeri. *Adhuc nihil actum est.*

ADMODVM. Pro Penè. *Nihil admodum respondit: Viginti admodum iuuenes in templo garriuerunt.*

ADVERSVS. In bonam etiam partem accipitur. *Pietas aduersus Deum.*

ÆQVE. Ponitur aliquando cum Ac. *Nemo libris æquè delectatur ac Paulus.* Aliquando cum Atque *Ne obseruat æquè, atque te.* Aliquando cum Et. *Non æquè grãdes sunt labores Magistro, & Discipulo.* Aliquando cum Vt. *Non possum æquè esse in schola vt alij.*

ALIVS. Sæpe iungitur cum Ac, Et, Atque. *Solet aliud mihi, ac tibi videri.* Rariùs cum Quàm à Cicerone.

ALIAS

ALIAS. Temporis plerumque est apud Tullium. *Canendum aliàs contentiùs, aliàs remissiùs.*

ALITER. Copulatur plerumque cum Ac Atque Vt, Quàm. *Non saluus sum, si aliter scribo, ac sentio. Aliter, atque ostenderam, facio. Nescio quid aliter audio, atque vt adte scribebam. Ne aliter, quàm ego velim, meum laudes ingenium.*

ALTERVM TANTVM. Significat duploplus. *Alterum tantum auri non mereat mihi.*

AMPLIVS. Refertur ad Tempus. Amplius sunt sex menses. Ponitur pro Insuper. *Decreui hoc amplius.*

AN. Eleganter dubitat. *Hoc dixit paucis, antequam mortuus est, diebus, an mensibus?*

ANTEQVAM. Disiungitur aliquando. *Quæ causa ante mortua est, quam tu natus esses.*

AST. Rarum apud Oratores: non inusitatum: Cicero ad Atticum. *Crebras*

bras à nobis literas expectas, ast plures mittito.

ATQVI. Pro Attamen. *Atqui ne ex eo quidem tempore hoc egit.*

B.

BENE. Pro Valde. *Bene longa oratio: Bene longus homo.*

BELLE. Id est, Satis benè. *Bellè cessit negotium, Bellè habet.*

BREVI. Pro Paucis. *Complectar breui.*

C.

CITIVS. Pro Potius. *Citiùs dixerim iactâsse se aliquos.*

CITRA. Pro Intra. *Citra Almonium habitant Eystettenses.* Pro translationem. *Citra satietatem comedere,* Pro sine. *Citra fastidium.*

COMMODVM. Id est, opportunè. *Commodùm obuiam venisti.*

NON

NON CONTINVO. Id est, Non ideò. *Non continuò, si me in gregem improborum intuli sum improbus.*

CONTINENTER. Pro sine intermissione. *Continentes tres horas studuit, potauit, scripsit.*

CONTRA. Id est, è Contrariò. *Vt hi miseri, sic contra illi beati.* Iungitur cum Ac, Atque. Quàm. *Contrà, ac licet: Contrà atque oportet: Contrà, quàm promissum est, egit Iacobus.*

CVM. Indicatiuo gaudet, cum temporis est. *Multi anni sunt, Paulus in ære meo cùm est.*

CVR. Cùm causa iungitur. *Non fuit causa, cur tantum laborem caperes.*

D.

DE. Pro Ex, accommodatur ad Personam. *Audiui hoc de patre meo.*

meo: de frater quæsiui. Ad Locum. *Clamat de via*. Ad tempus. *De nocte in templum venit*. Ad gradum. *De plebe homo*. Ad multitudinem. *Vnus de multis: de septem*. Idem pro Propter aliquando sumitur. *Non de nihilo flebat: non de suo supplicio*. Pro quod attinet. *De facie noui*. Huc pertinent & illa *De consilio: De sententia mea feci: De industria: De integro: De scripto: De verbo: De meo: de tuo: olent vnguenta de meo*.

DEINDE. Est ordinis aduerbium. *Anno ego tibi obuiam non prodirem? primùm Appio Claudio, deinde Imperatori, deinde more maiorum, deinde (quod caput) amico?*

DEINCEPS. Ferè tantùm significat. Vnum post alium. *Primò bibit Paulus, deinde Petrus deinceps reliqui*.

DVM. Pro Dummodo. *Libenter seruio tibi, dum ne mercedem neges*.

EA-

E.

EATENVS. Significat, Vſque ad eum terminum *Si quis eſſet ſordidior, ferebat eatenus eum Stephanus, quoad ipſe per ſe negligeret eas ſordes.*

ENIMVERO. Vehementius affirmat. *Ain' vero? Aio enimuero.* Aliquando vſurpatur pro Scilicet. *Tu enimuero homo lepidus es.* Aliquando pro Demum. *Nunc enimuero occidi.* Pro Nimirum. *Enimuero Dij nos quaſi pilos habeat.*

ERGO. Pro cauſa. *Nequitia ergò puer vapulauit.*

EST. Pro, Et tamen. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

ETIAM. Huic particulæ. Et præponi non facilè ſolet: neque enim dicitur tam commodè, ſicut *Atq; etiam* Aliquando vim habet affirmandi. *Aut etiam, aut non reſponde.* Repetitum vehementiam ſonat. *Etiam atq; etiam te rogo.* Dicimus. Etiamnum, vel Eti-

Etiamnunc, pro adhuc; quemadmodum etiam &, Tunc, pro eo, quod Barbari, Vsque tunc.

E vel Ex Causam sæpe declarant. *E via langues: Ex me doluisti.* Iungitur, Ex, parti corporis. *Ex capite laboro; Ex pedibus; Ex oculis.* Non ita facilè reperies. *Ex vertigine, ex insania laborat*: quamuis aliquando reperies. Huc pertinent. *Vnus è vel ex multis.* Item, *Ex insidiis aliquem conficere: Ex improuiso: Ex tempore disce.* Item pro Secundum. *Ex more aliquid facere: Ex praeceptis Decalogi.* Item, *Ex loco superiore pugnare: Ex interuallo ad studia literarum redire* Referuntur ad vtilitatem etiam. *E re mea est: Ex republica. Ex nostra dignitate Ex æquo decreuit.*

EXTRA pro Præter. *Extra Clericos, omnes à magistratu ciuili puniri possunt.*

FA-

F.

FACILE. Pro Sine controuerſia. *Facilè Princeps oratorum* Cicero. Iungitur & cum Superlatiuo. *Facilè doctiſſimus.*

FORTE. Multum differt à Fortaſſe & Forſitan hoc enim idem ſignificat, quod caſſu. *Nicolaum fortè domi reperi.* vbi non bene diceres, *Forſitan* aut *Fortaſſe.* Notandum tamen, quoties antecedit Si, Niſi, Ne, dici *Fortè*, non *Fortaſſe aut Forſitan.* *Si quis veſtrum fortè miratur:* Niſi multa aliquando verba interponantur.

H

HACTENVS. Vſque ad hunc terminum aut locum ſignificat. Per translationem frequentius vſurpatur. *De his hactenus.* Cûm ad Tempus refertur, non ita commodè vſurpatur. *Geſſit ſe bene hactenus.* Dicendum enim eſt. *Adhuc benè ſe geſſit.*

HAVD

HAVD. Haud ſcio, an: ſignificat eleganter. *Fortaſſe. Eſt id quidem magnum, atque haud ſcio an maximum.* Haud paulò plus: id eſt. Multò plus.

HIC. Pro, Cum ita res ſe habeat. *Hîc nos miramur tantam audaciam.*

HINC ILLINC. Pro Hinc inde. *Hinc illinc exhibes mihi negotium.*

I.

IAM NVNC. Ex hoc tempore, ſeu, quod Barbari, Ex nunc. *De ſupremo die iudicij cum cogito, iam nunc horreo.*

IAM DIV. Huic non rectè ſubijcitur, Eſt quòd Vt, *Iam diu eſt, quod ſtudeo*: ſed *Iam diu*, ſtudeo.

IDEM. Barbarè ſubiungitur huic voculæ *Cum* Vnde non dices: *Idem eſt, cum illo: ſum idem tecum*: ſed, *Idem atque ille: Idem ac frater tuus.*

IDENTIDEM. Sæpius per interualla. *Identidem in febrim relabitur.*

IN-

IN. Dicimus. *In dies: Inposterum In primis: In diem viuere*: diuisim, non coniunctim. *In caput alicuius pecuniam statuere: Peregrinum in modum exornatus: In orbem bibere*, &c.

INFRA. Translatè elegans est. *Infra me humana omnia duco.* Sumitur pro Post. *Homerus non infra superiorem Lycurgum fuit.*

IPSE. Pro omnino. *Triginta dies sunt ipsi, cum hæc, &c.*

ID. Dicimus, *Id ætatis, temporis*, pro, Eo tempore ætate.

ITERVM. Pro Secundò. *Iterùm, tertiùm, quartùm consul. Iterùm ac tertiò, seu tertiùm factum est. Semel: iterum: tertiò* dicendum est: non, *semel, bis ter.*

IVXTA. Pro Æquè. *Iuxta boni, malique obtruncati sunt.* Assumit. Ac si. *Tum reliquis officiis iuxtà, ac si meus frater esset, sustentauit me.* Item Cum. *Iuxta tecum existimo.*

LON-

L.

LONGE. Id est, quod Procul. *Longè abest*; non, quod Barbari, *A longè illum vidi.*

M.

MAXIME. *Vel maximè*; *Vt cum maximè*, *Quàm qui maximè sapit*: elegantia sunt.

MAGNOPERE. Diuiditur eleganter *Magno abs te opere peto.*

MALE. Latina sunt. *Malè accipere aliquem*: *Malè multare*: *Malè audire*: *Malè facere alicui*: *Malè esse*: *Malè habere*: *Malè narrare*. &c.

MALVM. Indignantis est. *Quænam (malum) est ista voluntaria seruitus?*

MINIMVM. *Vel minimum* dicitur: non tam benè, *Vt minimum.*

MIRVM. Iungitur cum Quàm, Quantum. *Mirum quàm*: *Mirùm quantùm industrius iuuenis.*

MODO

MODO. Pro Tantummodo. *Hi vnum modò, quale sit, suspicantur.* Pro Tamen. *Ad cælum peruenies, si modò bonus fueris.*

Mox. Iungitur cum Quàm. *Quàm mox hoc expedias velim.*

N.

NEQVE & NEC. *Neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt.* Negationes hæ post Non, vel Nihil, vel Nullo modo affirmant. *Non mediusfilius præ lachrimis possum reliqua nec cogitare nec scribere.*

NIHILO. Semper cum comparatiuo iungitur. *Nihilominus: Nihilo beatior est Iupiter, quàm Epicurus.*

NIMIVM QVANTVM. Idem est, quod Mirum quantùm. *Sales in dicendo nimiùm quantùm valent. Nimio plùs te diligo.*

NISI

Nisi. Elegantiæ causa aliquando assumit Si. *Quenquam illudi nolo; nisi sise iactat.*

Nvllvs. Pro Non. *Memini, tametsi nullus moneas.*

Nvmqvid. Si addatur Nam, vehementius interrogat. *Numquidnam vis?*

Nvnc. Admittit aliquando Iam. *Nunc iam sum expeditus.*

Nvsqvam. Barbari dicunt *Nullibi*, vt &, *Vllibi* pro *Vsquam.*

O.

Ob. Significat aliquando Ante. *Ob oculos versatur mihi semper mors.*

Omnino. Pro Nimirum. *Omnino est amans sui virtus.* Pro Tandem. *Quid enim est omnino hoc?*

P.

Pariter. Additus illi Ac, Atque, Et, Vt. *Vultu, colore ac motu corporis*

poris pariter atque animo varius:Pariter hoc fit,vt alia facta sunt.

PARVMPER & PAVLISPER. Paruum tempus significant. Hinc non dices; *Expecta parum*: sed *Parumper* aut *Paulisper.*

PER. Refertur aliquando ad Tempus. *Per eos dies gesta sunt.* Aliquando ad personam. *Per Iacobum hæc transigit.* Aliquando ad modum. *Domum per potestatem Georgio abstulit prætor.* Per simulationem: *Per speciem*: *Per causam.* Huius etiam loci sunt: *Per ætatem, Per valetudinem non licet*: *Per inuidiam hoc factum est*: Per aliquando concedentis est. *Per me vel stertas licet.* Aliquando Obsecrantis est. *Per fortunas tetuas rogo.*

PERINDE Ponitur cum Vt. *Perinde vt ego.* Cum Quasi. *Perinde loquitur quasi insanus.* Aiunt *Proinde* eiusdem esse vsus, nisi mendum in typo est.

PORRO. Pro Autem. *Clamabat porrò Ioannes.* Pro Vltra. *Ex loco porrò agere, in alium equos.*

POST. Dicimus: *Post homines natos: Post hominum memoriam.* Subiungitur eleganter Quàm. *Post diem quartum, quàm ab Vrbe discessi.*

POSTEA VERO QVAM. Plenum elegans est.

POSTERIVS. Pro Postea. *Posterius ista videbimus.*

PRÆ. Pro propter. *Præ gaudio, vbi sim, nescio.* Iungitur, cum Vt. *Parum præ, vt futurum est, vapulasti.*

PRIMVM. In tripartitâ enumeratione dici solet: *Primùm, Tum, Post*: vel *Primùm, Deinde, Postremò*: vel *Primùm, Deinde, Tum.* In quadripartitâ: *Primùm, Deinde, Tum, Postremò.* Longiores enumerationes liberiores sunt, V.G. *Primùm, Tum, Deinde, Post, Tum, Deinde.* Et quemadmodum in principio aliquando omittitur *Primùm* sic in fine subiici potest, *Ad extremum.* PRI-

PRIMO. Refertur ad Tempus, *Primò, Deinde, Pòst hoc dicam.*

PRIMVS. Eleganter numerabis. *Primus, alter, tertius*: Tametsi. *Secundus* etiam dici possit.

PRO. Aliquando idem est, quod Ante. *Pro foribus stat.* Quod, In. *Pro concione laudatus est S. Ignatius.* Quod, Alicuius loco, *Iudæ arbor pro patibulo fuit.* Quod, Secundùm, *Non dubito, quin hoc pro tuâ singulari prudentiâ intelligas.* Dicimus etiam. *Pro re natâ: Pro tempore: Pro opibus meis te iuuabo: Pro mea parte. Pro virili mea: Pro se quisq; vel, quod idem, Pro sua quisq; parte: Pro rata portione: Pro eo ac merui: Pro eo, vt temporis difficultas fert.*

PROPTER. Sępe vsurpatur pro Propè *Propter ædem sacram habito.* Vsus est etiam huius particulę, cũ status in loco significatur: Nam cùm declaratur motus, Pręter tutius dicitur. *Præter fluuium transiui*, non *Propter*.

Propterea. Cum, Quòd frequentissimè à Cicerone iungitur. *Cùm essem otiosus in Tusculano, propterea, quòd discipulos obuiam miseram.* Cùm eodem iungitur non infrequenter Vt. *Propterea scripsi, vt me non sine causa laborare intelligeres.*

Qvaliscvnqve. Interdum diuiditur. vt: *Quale id cunque sit.*

Qvasi. Cum, Sic. *Graecas litteras sic auidè arripuit, quasi diuturnam sitim explere cupiens.*

Qvampridem. *Quampridem hoc fecisti?*

Qvatenvs. Significat Ad quem terminum. *Videndum est, quatenus amor in amicitia progredi debeat.* Refertur aliquando ad Tempus. Item significat etiam. Ex parte. *Postulatum est, vt Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat.*

Qvid. Cum Genitiuo. *Quid homi-*

hominis? Quid mulieris? Quid animi?

QVOD. Dicitur. *Quod ad hoc. Quod ad illud:non, Quoad hoc, Quoad illud.*

QVI. Dicitur. *Qui cum, Quocum* pro *Cum quo* quod vsitatum non est. Quî, pro Quomodo, in interrogando locum habet.

QVIDEM. Iungitur cum Certè pro Saltem *Summa habeam cetera, temporis vix certè satis habeo.* Cùm Profectò, magis affirmat. *Nunc quidem profectò satur sum.*

QVOMODO. Pro Vt, vel Sicut. *Faciemus quomodo tibi placuerit.*

QVOAD. Refertur ad Tempus, locum, aliúsue rei Terminum *Quoad fuit Eystadij Nicolaus probus fuit.* Additur aliquando elegantiæ causâ. *Quoad eius* fieri poterit.

QVISQVE. Decimus quisque: Cẽtesimus quisque, id est, *Vnus è decem è centum.*

S.

Secus. Pro Malè, *Rectè, an secus, nihil ad nos.* Communiter vsurpatur pro Aliter. *Res se secus habent, quàm intellexi.*

Secundum. Pro Post. *Secundùm ea quæro.* Item pro In. *Secundùm quietem vidi,* id est in somno: *Secundum crus læsus sum:* in pede.

Sin. Pro, Sed si. *Si mecum sentis, places, sin cum Petro non item.*

Sive. Ponitur aliquando cum Seu. Vt: *Siue ego taceo, seu loquor, scio scire Deum.*

Sic Sum. Pro Ita factus vel constitutus sum: *Sic est vulgus, facilè vt credat omnia: Sic est vita hominis, vt &c.*

Similiter. Iungitur eleganter cum Ac, Atque, Et. *Similiter egit ac si insaniret.*

Simul. Iteratur nonnunquam. *Simul vorat, simul laborat.* Iungitur eleganter pro Quàm primum. *Simul*

mul:intellexi,discessi Eiusdem significationis est: *Simul quàm primum: Simul vt: simul ac, seu Atq;*

SODES Dictum est, quasi *Si audes*, & vsurpatur pro *Quaeso*, vel *Si vis*, non pro Socio, aut Amico. *Dic Sodes, atq; argue me.*

SVB. Aliquando est, Statim pòst: *Sub dies festos.* Aliquando idem, quod circa. *Sub lucem: Sub Vesperam Sub id tempus.* Dicitur etiam *Sub dio seu diuo: Sub aspectum, sub sensum cadit.*

SVBTER. Contrarium habet Supra. *Subter praecordia: Subter se*, id est, *Infra se. Subtus se* barbarum est.

SVPER. Idem est, quod Supra. *Fronde super viridi.*

SVPRA. Significat aliquando Ante. *Hoc suprà dixi*, non *Superius*, quod barbarismum olet. Elegantissimum est, *Nihil supra.* ist nichts drüber.

T

Tam. Eſt Similitudinis. Vnde in comparatione adſciſcit. Quàm. *Tam Ambroſius, quàm Auguſtinus diſertè ſcripſit*: non in Copulatione: Malè enim diceres: *Ambroſius tam græcè nouit, quàm latinè*: ſed *Tum græcè, tum làtinè, vel & græcè, & latine nouit.*

Tanqvam. Hac particulâ in comparatione libentius vtitur Cicero, quàm velut Subiungitur illi, Sic, Ita, Si. *Tanquam leuia vina nihil valent in aqua; ſic Stoicorum iſta guſtata magis, quàm potata delectant.*

Tantvm. Interdum epiphonemati adhibetur. *Deducebatur cereo funerali, & tibicine. Tantum licentiæ dabat gloria.*

Tantvlvm. *Si tantulum moræ fuiſſet: Tantalum malum tantâ pœnâ multatur?*

Tanti est. Pro expedit. *Fuit tanti: Eſt mihi tanti, hoc fieri &c. Nihil*

hil tanti est. Elegantissimè dicitur: *Iuratus tibi possum dicere, Nihil tanti est.*

TEMERE. Significat, quod Barbari dicunt, Casu. *Non temere hoc scribo.*

TOTIDEM. Dicimus: *Hanc epistolam totidem verbis interpretatus sum. Gemini fratres fuerunt, at hi non totidem annos vixerunt.*

V.

VBI. *Vbi primùm hoc intellexi:* pro Quam primum. *Vbi, vbi sit*, pro Vbicunque.

VEL. Vsurpatur pro Saltem. *Si nihil aliud, vel hoc age.* Pro etiam affirmando. *Vel hoc pueri norunt.* Superlatiuis eleganter adiungitur. *Vel optime: Vel maxime.*

VLTRO CITROQVE. Quòd Vulgus, Hinc inde. *Vltro citroq; cursare.* Per translationem significat Mutuò, vel inter se. *Beneficia vltro citróque data & accepta.*

Vnvs, Alter, Tertivs. Si numeratur cum plures duobus sunt. Pro *Tertius* subiungitur aliquando, *Plures*. Dicitur. *Vnus aliquis, Vnus quiuis: quidam*: Dicitur. *Ad vnum omnes: Vnus ex omnibus, vel Inter omnes*. Vnus cum Superlatiuo valdè auget: *Iustissimus vnus, qui fuit in Teucris*. Item eleganter: *Vnus omnium loquacissimus puer*.

Vsqve Adeo. Epiphonemati seruit. *Dionysius Tyrannus expulsus Corinthi pueros docebat: vsq; adeò imperio carere non potuit.*

Vsqve. Sæpe significat assiduitatem & perseuerantiam. *Hoc mihi vsq; curæ erit.*

Vt. Eleganter ponitur pro Quẽadmodum. *Præsertim, vt nunc sunt mores*. Item pro Quamuis *Vt omnia possideas nunc, ad inferos ibis*. Latina sunt: *Vt nunc est? Vt nunc habet? Vt nunc fit*. Geminatur etiam. *Vt vt est*, pro Vtcunque est. Sit vt sit, dicit Barbarus.

barus. *Vt primum*: *Vt maximè*: *Vt cùm maximè*, vsitatissima sunt.

VTER, De duobus dicitur. Hinc si duo tantùm peccârunt, quæres: *Vter fecit?* non *Quis fecit?* Eodem modo quæritur de duobus. *Vtrum tibi placet, nigrum an album?* Quãuis apud Ciceronem Vtrum reperiatur etiam de pluribus.

Ad Particulas pręcipuè Accentus pertinent: in quibus mirè variatur, maximè ab imperitis. Sunt, qui omnibus penè *Aduerbiis*, omnibus *Coniunctionibus*, Accentum appingant; sunt qui nullis; Neutri bene. Itaque *Regulam* Adolescentibus eâ super re tradere operæ pretium fuerit: quam secuti, turpissimum hoc scriptionis vitium emendabunt. REGVLA vnica est hæc. *Omnia Aduerbia, & Coniunctiones Accentu notari possunt, quæ alterius etiam alicuius partium orationis sunt.* Exempli gratiâ: *Regula pro Accentibus.*

Accentu notanda ſunt hęc Aduerbia. { Profectò, Facilè, Crebrò, Malè, Oppidò, Aliàs, Vnà, Longiùs, Multùm, Imò &c.

Quia ſunt etiam *Nomina*, non tantùm *Aduerbia*.

Item hęc { Iuxtà, Palàm, Infrà, Suprà, Propè, Pòſt, Antè &c.

Quia ſunt etiam *Præpoſitiones*.

Item hæc { Eò, Adeò, Amabò &c.

Quia ſunt etiam *Verba*. Ex quibus

bus intelligis malè ab imperitis Accentum appingi his aut ſimilibus voculis.

Sæpe
Bene
Fruſtra
Deinde } Accentu carent.
Duntaxat
Retro
Similiter &c

Eodem modo Accentum rectè tribues. *Coniunctionibus iſtis.*

Quàm
Quà
Quòd, &c.

Quia ſunt etiam *Pronomina.*
Item iſtis:

Verùm
Verò.

Quia ſunt etiam *Nomina.*

Cùm.

Quia Præpoſitio eſt. Non autem iſtis:

Tum

Tum
Tam
Quomodo
Quia } Accentu carent.
Quare
Enimuero
Atque
Neque &c.

Nulli enim alteri Orationis parti seruiunt. Notandum & hoc est *Coniunctionibus* Enclyticis

Que
Nè
Ve

Nullum Accentum appingi oportere: sed in Vocalem proximam antecedentis syllabæ, cui appenditur Enclytica, reijci, hoc modo:

Egóne?
Petrus Paulúsque.
Bísue, semélue.

Hinc istæ quoque Particulæ propter Enclyticam adiectam Accentum aliquando habent.

Itáne

Itáne
Itáque
Vtíque.

Quando videlicet duo quasi verba sunt significántque, *Num ita. Et ita, Et vt.* Quod verò Libri plerumque super Q. Accentum ponant; error Calcographorum imperitorum est, quem Typographi Typis ita iam formatis emendare non possunt, nisi nouos (quod optandum) fieri velint.

De Ablatiuis feminini Generis primæ Declinationis, hoc obserua: Tum videlicet præcipuè Accentu circumflexo notandum esse, cùm ambiguam Orationem faceret: ita vt Alatiuùs ille, neque à Præpositione aliquâ, Verbo aut Nomine proderetur. Quamuis vsus iam ferè obtinuit, vt etiam tum notetur.

Caput III.

Quomodo emergendum ex sordibus imperitæ dictionis, & quæ cauenda illi, qui in Latium proficiscitur ex Barbarie.

QVoniam huc vsque ostendimus quomodo *Latinitas* ex illo suo pulcherrimo regno, ac flore ad infimas istas sordes & *Barbarismos* per desidiam ignorantiámque posterorum deiecta ac depressa sit: iam nonnihil dispiciendum videtur, quâ lues ista ratione curari, & ad pristinum dictionis antiquæ nitorem reuocari possit. Quo in negotio alia quidem cauenda, alia verò præstanda sunt: de cauendis hoc capite agetur.

I. Cane peius & angue, odio tibi

tibi prosequendi, fugiendíque sunt omnes *Barbarismi*: tum quos capite superiore longâ serie recensuimus: tum quicunque alij fingi, aut excogitari possent. Nam de ipso *Solecismo* quid attinet monere?

II. Non attingendi Auctores illi, qui vel Ciceronis seculum diu antecesserunt, vel seriùs consecuti sunt: donec Tiro Eloquentiæ ex Ephebis quodammodo excesseris, & te in stylo Ciceroniano & plano bene roboraueris Quod eo libentiùs facere debes, cùm ad hoc, Ciceronis studium, tria præcipua commoda tibi suppeditare soleat. *Primùm* est, Verborum delectus, elegantia, & suauitas: *alterum*, perspicuitas: *tertium*, numerosa & suauiter accidens ad aures Oratio.

III. Non legendi multi, sed pauci, iíque boni, quamdiu in stylo acuendo, expoliendóque laboras: quales illi sunt Auctores, quos suprà no- *In Classe Aurei seculi.*

nominauimus:eóque modo legendi quo infrà docebimus.

IV. Non vagandum per Auctores, neq; animi aut curiositatis, vt loquuntur, gratiâ, legendum; sed tantum linguæ addiscendæ studio. Ita præcipit Seneca. *Lectio multorum voluminum, & omnis generis Auctorum habet aliquid vagum, & instabile: certis ingeniis immorari & innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat: nusquam est, qui vbique est.* Epist. 1.

V. De Antiquitatum, Tabularum, aut Historiarum cognitione, non multùm te sollicitum esse iubeo: donec linguam & stylum nonnihil acueris: neque adeò morari debes, Si V. G. in aliquo Historico, Poeta, Oratore occurrant identidem nomina propria locorum, & personarum, quorum tu naturam, vim, & officia non penitus perspecta habeas: cùm lingua disci etiamsi ne-

ſine perfectiſſima eiuſcemodi nugarum cognitione poſſit. Suo tempore fient illa.

VI. Verbis antiquis & obſoletis nunquam vtendum, niſi cum illa cautione, quæ ſupra à nobis eſt adhibita: grauitérque peccant, qui eiuſcemodi Pacuniana, Næuiana, Plautina Gelliana, Solliana &c. tanquam gemmas ſcriptis ſuis inſpergunt. Nec illi minus iudicio careāt, qui ex Cicerone, Cæſare, Saluſtio, aut alio aliquo Claſſico rariora tantùm vocabula venantur, & corradūt putántq; ſibi in palmari aliquo ſchediaſmate licere, quod tanti viri vix in maximis voluminib. ſemel, iterúmue ſunt auſi. De his meritò, hęc Nicolaus Suſius *Vitium eſſe, quàm maximum, cadauerosis verbis, ac propè cariosis, & putentibus aliorum aures, si fas ſit dicere, funeſtare: quæ latū quid ac hilare requirunt, viuidum aut vegetum: nonnullam tamen virtutem eſſe interdū ab illis antiquis mutuum*

quidſumere, quò ſacratior habeatur oratio (ita Vergilium, ita Ciceronem feciſſe videmus.) Quemadmodum enim effuſæ prodigalitatis vitium qui declinat, non ſatis ſapienter in auaritiæ ſordes ſe demergit, ita dū antiqui eſſe volumus, id carendum neceſſario, ne taberna ria tantum verba amplectamur, & quaſi delitias noſtras exoſculemur. Seriò profectò, ſeriò cauere & proſpicere debent, quorum diſciplinæ pueri concrediti, vt ad ſacratiſſimum ſuadæ templum, pueri paulatim ducantur, illud vt aſpere rigidéq; ſeruetur, quod Quintilianus inculcat. Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator, in Gracchorum Catoniſque & aliorum ſimilium le[illegible] aureſcere velit: fient enim horridi, & ieiuni.

VII. Vt cauenda obſoleta & iam quodammodo antiquata verba ita & à nouis & recentibus abſtinendum. Nam nos hoſpites tantum

ſumus

ſumus in *Latio* non ciues; ac proinde minus iuris in latina verba habemus Quæ enim arrogantia noſtra ſit, audere quod nec ipſe M.T. Cicero ſibi ſumere voluit? Antoniúmque vituperauit, quod auſus fuerit dicere:

Facere contumeliam.

Denunciare timorem.

Piiſſimus.

Quod ſi aliquando tamen ob res nouas audendum aliquid hac in parte, non niſi viris eruditiſſimis, & ſummo iudicio præditis licere ſcias: atq, vt, Suſius inquit, *maiore licentia Poetis, quàm Oratoribus. Poetis inprimis Comicis & Satyricis.* Quibus etiam laudi & gloriæ duci ſolet, aliquid audacter vel reperiſſe, vel accerſiſſe: quo aut oblectant amænius, aut vitia carpent acrius. Quod Plautum inter Comicos, inter Satyricos Horatium ambos ſcriptis ſuis ſuperſtites egregiè præſtitiſſe videmus.

Cap, 8. lima Ciceroniana.

VIII.

VII. Non temerè, neq; sine curâ, etiam dum animum relaxas, & cum amico sermocinaris, loquendũ: peruersè enim loquendo, discimus peruersè loqui: sic suffragante Andrea Schotto. *Studiosus Eloquentiæ nõ nisi coram erudito, seu Pædagogo an Magistro, aut certè in hac palæstrâ diu multúmq; versato latinè balbutire assuescat, vt sit qui errantem repetendo modestè reprehẽdat, diriget, in viámq; reducat* (Et infra) *Peccantur (fatendũ est enim) multa familiaribus in colloquiis, vix ut Solœcophanes quis effugiat, dum qui in his terris facili nimis ac volubili loquẽdi consuetudine fretus, quicquid in buccam venerit, vomentiũ ritu effutiunt, scribúntq; adeò lõgè ineptius, quòd singula quidẽ verba latina sint, coniuncta non item: habitu illo nimium cõfisi, qui dedisci difficilius quam parari solet. Quare qui me audiet, accuratè initio meditatéq; loqui assuescat: quod in respondẽdo cũ-*

Tullius Quæst. lib. 3. c. 1.

ctatio

ctatio ac mora, lentúsq; sermo prudentiæ sit argumentum. Quamobrem extemporanea dicendi facultas non huic ætati affectanda, ne per omnem vitam vitium, ut sit adhærescat.

IX. Phrases latinæ ex linguâ vernacula nullo modo formandę; sic enim plerumq; in Barbarismum incides, vt si interrogem: qui accepisti hominem? respondeas tu: Jch hab jm den Bueben wol gebutz/bene purgaui illi puerum: pro *Acriter illum castigaui*. Quare solũ ex optimorum scriptorum phrasi, vsu, & ipsius rei sensu latina sententia formanda est.

X. Postremò illud vel in primis cauẽdum, ne illũ diẽ abire permittas *sine lineâ*: quid dico diem? ne horam ne momentũ proprium enim seu est omnib. doctis, & maximè illis, qui in litteris humaniorib. excelluerũt, aut aliquid pstiterũt, vt sint tẽporis percissimi, laboris arcẽrissimi. Stultéq; agũt illi, turpitérq; decipiũtur, q putãt inge-

ingeniosis, & à naturâ bene instructis vltro quod dici solet, ad fores ventitare Musas; parum illis laborandum esse, dormiendo, (ita loquuntur) ad eruditionem peruenire. Falsissimam esse hanc imperitissimorum hominum persuasionem, experientia docet, omnes eruditi affirmant, ipsum commune verbum clamantibus *laboribus omnia vendunt.* Quemadmodum igitur miles nullo vnquam loco sine gladio conspici debet, ita nec studiosus litterarum sine libro: vt semper sit, quod vel legat, vel ediscat, vel secum ipse commentetur. *Imitandus est itaq; in hac bona temporis auaritia* (verba *Franc. Sacchini sunt*) *Vticensis Cato, qui fertur in ipsam curiam solitus adire cum libro, dúmq; conuenirent Senatores, ne sederet otiosus, aut fabulis tempus tereret, lectitans expectare.* Imitandi Iunior ac Senior Plinius. *aliiq; qui vel super mensam recitari*

Ex Valerio Maximo c. 8.

Plinius Epist. 36. lib. 7.

citari sibi de codice volebant. Quis autem satis miretur Platonis legendi constantiam, qui scriptorem Minorum Sophorum, dum moreretur, suppositum capiti habuisse narratur? sicut & Magnus Alexander sub ceruicali quiescens habebat Homerum. Et infrà. *Quisq; norit quæ sibi soleant esse vacua tempora: vt librum nunquam seu de manu, seu de sinu dimittat. Siue de ambulatum abeat, siue sacra templa longè posita salutatura, siue quempiam amicorum, aliorúmue officij aut negotij causâ conueniat, librum sinu gestet. Is moras exspectandi leuabit: is comitabitur ambulanti iucunde: is faciet, vt, si cetera non successerint è sententiâ, labor & dies frustra ne fluxerit.*

De ratione legendi libros cap. 6.

CAPVT IV.

De ijs, quæ præstandæ studioso latinitatis: & inprimis de necessitate linguæ Græcæ cum latina coniungendæ.

Necessario Lingua Græca an Latina coniungenda

IN stultissimâ plurimi ineptissimi homines opinione sunt, Latinam linguam addisci posse absque cognitione Græcæ: certè parùm adeò applicent animum. Quo ego nihil vnquam profectò audiui vel imperitius, vel abundius. Illud enim vel cogitare ne dum affirmare quam à ratione alienum sit, falsúmque hoc bene longo capite luculenter docebimus. Enimuero tot ratione & momenta sunt, cur benè Latinus fieri nemo possit, qui non mediocrem saltem Grȩcanici idiomatis cognitionem

onem habeat: vt facilius credam ferè ſartorem bonum eſſe poſſe, qui néque acum, néque filum, neq; pannum nouerit, quàm latinum, qui penitus ignoret litteras Atticas. Demonſtro igitur illum, qui Græcus non ſit, latinè neque benè poſſe legere, neque ſcribere, neque ipſam ſcire Grammaticam, neque ſatis aptè in caſus inflectere nomina poſſe; neque ſyntaxin, aut conſtruere noſſe: neque eſſe Poetam, neque Rhetorem, neque Dialecticum aut Logicum, neque Philoſophum ſolidum: neque Medicum, Iuriſperitum aut Theologum adeóque nullum ex eo genere hominum, qui inter Latinos recenſeri, bene ſolidéque doctus haberi poſſit. Qui enim Græcus non eſt, mediocris ſaltẽ, vt dixi, vt *declinare* & *coniugare* vt cunque poſſit, & locum aliquem ex Auctoribus cum adiumentis Grammaticæ & Lexicorum explicare, is primò

NESCIT LEGERE.

Causa I. Cur absque Græcâ Linguâ non fiat Latinus.

Constat enim in latinis scriptoribus vix occurrere paginam, vix periodum, in qua vel non sit vox omnino Græca; vel quæ radicem Græcam habeat. Quomodo igitur istarum litterarum rudis, hæc, & similia vocabula.

Emendatè		An		Mendosè
	I'conem.		Icônem	
	Anáglypha		Anaglypha	
	Andronîc⁹		Andrónic⁹	
	Gláphyra		Glaphyra	
	Cleobúlus		Cleóbulus	
	Hydrôpem		Hydropem	
	Lacônes		Lácones	
	Mathêsis		Máthesis	
	Paraclêtus		Parácletus	
	Sícetis		Sicâtis	
	Philotîmus		Philótimus	
	Episcopiū.		Episcopiū	

Et alia id genus sexcenta: quæ si legenti tibi occurrent, vel turpiter tanquam in luto hærebis, vel audi-

tori-

toribus ridendum te, & planè indoctum ostendes.

II. NESCIT SCRIBERE.

Quomodo enim ſcribet hæc, & ſimilia vocabula, qui non eſt Græcus? *Cauſa II.*

Emendatè	An	Mendosè
Hierony-mus		Hyeroni-mus
Eleemoſy-na		Elemoſina
Catalogus		Cathalogꝰ
Stylus		Stilus
Hippolytꝰ		Hyppolitꝰ
Obolus	An	Obulus
Bacchus		Bachus
Erinnis		Erynnis
Stratege-ma		Stratage-ma
Muſeum		Muſæum
Crœſus		Cræſus
Ephebus		Ephœbus
Polyhym-nia.		Polihim-nia.

Et eiusmodi infinita, quibus habent libri: nec à Typographis aut librariis possunt corrigi, cum illi homines plerumque sint rudes, & eiusmodi mendis volumina impleant; ergo, nisi tu ipse sis Grecus cæcus cęcum ducet, & ambo in foueam præcipitabuntur.

III.

Causa III NESCIT AVCTOrum Nomina Legere aut interpretari.

Quomodo interpretabitur, quid sonet?

Eusebius
Chrysostomus
Basilius
Aristoteles
Trismegistus,
Gregorius
Sophonius
Ambrosius?

Tu igitur si vocêre Christophorus,

rus, Stephanus, Nicolaus, & nescias tui nominis notionem aut significatum, dic mihi quid turpius, quid miserius esse possit?

III.

NESCIT IMO, NEC Latinà quidem scribere aut legere.

Causa IV

Cur enim tanta varietas est in scribendis multis nominibus, nisi quia ignari Græcæ linguæ homines, multa vocabula habẽt suspecta, putántque Græcis litteris esse scribenda: hinc toties ponunt

Y pro I.	Hyemo	pro	Hiems
	Sylua		Silua
	Sydera		Sidera
	Desyderiũ		Desideriũ
	Syncerus		Sincerus.

Aë, vel, Oe pro E simplici.

Fæcundus		Fecundus
Fæmina		Femina
Fœnus		Fenus
Fœlix	pro	Felix
Frænum		Frenum.
Fæcialis		Fecialis.

Sic in aliis quoque peccant: dum ponunt Th. pro t. ch. pro c cum istæ litteræ propriè sint Græcorum.

V.

NESCIT GRAMMATICAM; NEQVE BENE in Casus flectere Nomina.

Causa V. Vnde tot in Grammatica Latina Exceptiones? Appendices? an non inde, quia plerique ignorant Declinationes Græcas? quas si scirent, duplo minus Grammaticæ Latinæ volumen esset. Quomodo enim in Casus flectet mihi hæc, & sexcenta alia, qui Rudimenta, & libellum Græcum non didicit?

Pan-

Panthus?
Orestes?
Charybdis
Solœrophanes
Orpheus
Sappho
Amphitryoniades
Thebais
Baptistes
Tempe
Apollo
Polydamas.

V I.

NESCIT SYNTAXIN, neque construere.

Nunquid dubitabit Græcæ Linguæ ignarus vtrum dicat, *Causa VI*

Aerhera magnum	An	Magna
Hydropen dirum		Diram
Promethea vinctum		Vincta
Biblia Sacra		Bibliam
Styga nigram		Nigra

R 5 Echo

Echo dulcem ⎫ ⎧ Dulcis
Didus ſpretæ ⎬ An ⎨ Spretus
Eremum vaſtam ⎭ ⎩ Vaſtum.

Item neſcit pleroſque latinorum ſcriptorum rariores & elegantiores loquendi modos.

Exempla huius rei compluſcula collegimus, quæ capite ſequenti dabimus ſeorſim.

VII.
NESCIT POESIM.

Poëta ſit, qui Græcus nõ eſt? cùm neque ipſum nomen Poëtæ intelligat, neque τὸ ποιεῖν, coniungere poſſit? immò, Poëta ſit qui ipſa Muſarum nomina ignorat?

Quid monſtrorum ⎧ Clio
Melpomene
Thalia
Euterpe
Terpſichore
Erato

Cal-

Calliope
Vranie
Polyhymnia.

Poeta sit qui peregrinus & hospes in Parnasso est.

Vnde, vel quid
Phœbus
Helcion
Pegasus
Bellerophon
Aganippe
Pierides
Chelys
Lyra
Cithara.

Poëta sit, qui fabularum ignarus est? Nam cùm Græci omnium ferè fabularum sint Auctores, si Græcè quis nesciat, sequetur necessariò, vt vel fabulas ipsas ignoret, vel si earum aliquam cognitionem ex Latinis hauserit, in vocabulis saltem intelligendis, inflectendique cæcutiat. Quid enim dicet talis.

De	Ioue Mercurio Hercule Orpheo Atreo Menelao Priamo Vlysse Achille Hectore Aiace Iasone	*Diis & Heroibus?*
Quid de	Ilio Mycenis Rhodo Cypro Athenis	*Insulis, & Vrbibus?*
Quid de	Ida Phocide Mænalis Ossa Pelio Aetina Rhodope Caucaso	*Montibus, & Rupibus?*

Poe-

Poeta ſit, qui pleraſque rationes, Quantitates ſyllabarum ignorat? quod fieri in eo neceſſarium eſt, qui Græcus non eſt. Quomodo enim pronunciabit?

Emendatè		An		Mendosè
	Ariſtobu-lus		Ariſtobu-lus	
	Oenopóli-on		Oenopoli-ôn	
	Cratêra		Crátera	
	Maſtîges		Máſtiges	
	Idolóthyta		Idotothyta	
	Abdêra		Abdera	
	Díphtera		Diphtêra	
	Panacêa		Panácea	
	Proxenêta		Proxéneta	
	Agonóthe-ta		Agonothê-ta	
	Abîdos		Abidos	
	Pædótriba		Pedotrîba	
	Phreuêſis		Phréneſis.	

Poeta ſit, qui ipſa artis vocabula, carminúmque genera non intelligit?

Quid est {
Prosodia
Distichon
Hexametron
Pentametron
Hendecasyllabon
Dicolon
Stropha
Epigramma
Bucolicon
Georgicon
Lyricon
Epicon
Panegyricon
Epicedron
Epitaphion
Elegia
Comœdia
Tragœdia.

Si dicas: Poëta non sim, esto: *Latinus* nihilominus esse bonus & eruditus possum. Falsum hoc te dicere, & vehementer decipi infrà singulari capite docebitur.

VIII.

VIII.

NESCIT RHETORICAM: neque Nomen Eloquentis aut Rhetoris meretur. *Causa VIII.*

Annon potissimæ Rhetorices partes Græcis vocabulis signantur? Dic mihi Orator, si Græcus non es.

Quid est, sonat, aut significat?
- Procemium
- Auxesis
- Thesis
- Hypothesis
- Epichirema
- Sorites
- Paradigma
- Idea
- Schema
- Periodus
- Colon
- Epitheton
- Epilogus.

Item

Item quid?

- Tropus
- Metaphora
- Synecdoche
- Metonymia
- Antonomasia
- Vnomatopœia
- Catachresis
- Metalepsis
- Allegoria
- Ironia
- Periphrasis
- Hyperbaton
- Hyperbole.

Quid

FIGVRÆ VERBORVM.

Ἀναφορά, vel ἐπιβολή	*Repetitio.*
Ἐπιφορά, vel ἀντιστροφή.	*Conuersio.*
Συμπλοκή.	*Complexio.*
Ἀναδίπλωσις, vel ἐπανάληψις.	*Conduplicatio.*
Πλοκή.	*Traductio.*

He-

Πολύπτωτον.	*Casuum commutatio.*
Συνωνυμία.	*Idem significatio.*
Πολυσύνδετον	*Coniunctionum multiplicatio.*
Κλίμαξ.	*Gradatio.*
Συνεκδοχή.	*Subtractio verbi.*
Διάλυτον, vel Ἀσύνδετον.	*Dissolutio.*
Ὑπόζευγμα.	*Subiunctio.*
Μεζόζευγμα.	*Coniunctio.*
Διάλυτον.	*Disiunctio.*
Συνοικείωσις.	*Rerum duarum colligatio.*
Παρονομασία.	*Annominatio.*
Ὁμοιόπτωτον.	*Similiter cadens.*
Ὁμοιοτέλευτον.	*Similiter desinens*
Ἰσόκωλον.	*Compar.*
Τρίκωλον.	*Trium membrorum.*
Ἀντίθετον, vel ἀντίθεσις.	*Contrapositum, vel Contrariũ.*
Ἀντιμεταβολή, vel μετάθεσις.	*Commutatio, vel transiectio.*

Επι-

Επανόρθωσις	*Correctio*
Ἀπορία vel Διαπόρησις.	*Dubitatio.*

Quid

Figvræ Sententiarvm.

Ερώτησις	*Interrogatio.*
Αιτιολογία	*Subiectio,*
Πρόληψις	*Anteoccupatio*
Επανόρθωσις	*Correctio*
Διαπόρησις	*Dubitatio*
Ανακοίνωσις.	*Communicatio*
Προσωποποιία	*Personarum ficta Introductio*
Ἀποστροφή.	*Auersus à Iudice sermo*
Ὑποτύπωσις	*Descriptio.*
Ἀποσιώπησις	*Pracisia.*
Ηθοποιία, vel μίμησις.	*Imitatio morum.*
Ἔμφασις.	*Latentis rei vis*
Ὑπομονή	*Sustentatio.*
Ἀπόφασις, vel παράλειψις.	*Prætermissio præteritio*

παῤῥησία	*Libertas seu Confessio.*
παρένθεσις,	*Interpositio.*
Ειρωνεία	*Illudens Oratio.*
Μερισμός.	*Distributio.*
Ἐπιτροπή	*Permissio*
Δέησις	*Deprecatio*
Ευχή	*Optatio.*
Αρεια	*Execratio.*
Ἐπιφώνημα	*Rei narratæ summa acclamatio, vel complexio.*
Ἐκφώνημα, vel Ἐκφώνησις,	*Exclamatio.*

ergo

Quid { Epistola, Chria, Historia, Panegyris, Encomion, Lemma, Thema, Synopsis. &c.

Præ-

Præter hæc ſunt aliâ complura, quæ ſi neſcias Græcè, morari te in Eloquentiæ ſtudiis neceſſariò ſoleant ita vt perfectus Rhetor nunquam fias. Rationes ſubiicio.

Ratio I. cur Rhetor fieri abſque Græca Lingua cognitione non poſſit.

Quero omnia artis Rhetoricæ præcepta mutuatus eſt à Grecis: hinc & ipſe, & alij, qui de Eloquentia præceperunt. multa paſſim vocabula Græca ſpargunt; quæ niſi intelligas, quid ages? nihil magis in ore Ciceroni quam,

Plato
Ariſtoteles
Socrates
Demoſthenes
Lyſias
Pericles
Iſocrates
Thucydides
Xenophon.

Ratio II.

Vix quiſquam bonorum Commentatorum in Ciceronem, in Cæſarem in Vergilium, in alios Latinos claſſi-

cos

tos Auctores est, qui non infinita quodam modo Græca suis operibus immisceat Quod verissimum esse, fatebere, si vel aperias doctissimos commentarios.

Mureti
Lipsij
Budæi
Manutij
Lambini
Raderi
De la Cerda,
Pontani
Freygij
Aliorum.

Si ergò tu mediocriter saltem Græcè informatus non sis, sæpe in talibus Auctoribus hærebis: sæpe hallucinaberis: sæpe inde nihil, aut parum diues. *Ratio III*

Plurimi, & ferè optimi libri Latinorum Auctorum Græcis vocabulis inscribuntur; vt vel hinc intelligas, quàm vehementer cupiant La- *Ratio IV.*

tina

tinæ Linguæ Scriptores de Græcum quoque esse. Ergo quem dices esse Librum.

Paradoxa, Topica } *Ciceronis.*

Ecclogas, Georgica, Æeneidem } *Virgilij*

Thebaidem, Achilleidem } *Statij*

Metamorphosin, Heroidas } *Ouidij*

Idyllia } *Ausonij*

Apophoreta, Xenia } *Martialis.*

Ethica } *Mureti*

Amphitheatrum, Politica, Poliorecticam } *Lipsij*

Pro-

Progymnasmata, Dialogos, Philocaliam } *Pontani*

Syntagma, Crisin, Chronicon } *Raderi*

Thaumata } *Puteani &c.*

Multa à Latinis aut commodè, aut vno saltem verbo exprimi non possunt: quæ nisi mutueris à Græcis, aut barbarè tibi loquendum sit aut certè ineptâ sæpe Periphrasi vtendum. Ita Quintilianus testatur. *Res plurimæ*, inquit, *carent appellationibus* (*apud Latinos*) *vt eas necesse sit transferre, aut circumire, etiam in his quæ de nominata sunt : summa paupertas in eadem nos frequentissimè reuoluit: at illis* (*Græcis*) *non verborum modò, sed linguarum etiam inter se differentium copia est.* Hæc ille. Exempli loco pauca eius generis subiicio.

I. ἀν-

1. Ἀντοικοι.

Qui domos nobis aduersas siue obuersas inhabitant: iidem ferè qui *Antipodes*: Latinus diceret *Aduersipedes*.

2. Σκιατροφής.

In vmbra educatus: Plautus ausus est dicere. *Vmbratiola*.

3. Σκληροκαρδία.

Purities aut repugnantia cordis: Tertúllianus fidenter dixit, *Duricordia*, vel misericordia.

4. Ισόχρονος.

Tempore aqualis: Barbarus diceret, *Contemporaneus*.

5. Καχέκτης.

Habitu vitioso praditus, Vbi tribus vocabulis pauperes Latini indigent.

6. Ἀποθέωσις.

In numerum Deorum, siue Diuorum Relatio: Canonizatio, Barbari dicerent; *Deificatio*, seu *Sanctificatio*.

7. Ευη-

7. Ενημέρημα.

Bonus, seu felix diei successus.

8. Ἀπολιτικώτατος.

A ciuitate alienissimus: siue moribus, siue gubernatione.

9. Οικαδόσιτος.

Domi, deque Mensa paterna viuens.

10. Ευτυφία.

Bona vel secunda fortuna. Nam δυςυγίας Latini ex Terentio non incommodè vertunt *Infortunium*, seu mala fortuna.

11. Πολυθρύλλητος.

Multis modis iactatus: magnæ famæ. ὀνομαςότατος.

12. Αχαρισία.

Ingrati animi vitium : quod minus Latini, *Ingratitudinem* appellant.

13. Πολυγραφώτατος.

Multa vel plurima scribens.

14. Αδιώατον.

Quod fieri non potest. Barbarim,

De { Ioue, Mercurio, Hercule, Orpheo, Atreo, Menelao, Priamo, Vlysse, Achille, Hectore, Aiace, Iasone } *Diis & Heroibus?*

Quid de { Ilio, Mycenis, Rhodo, Cypro, Athenis } *Insulis, & Vrbibus?*

Quid de { Ida, Phocide, Mænalis, Ossa, Pelio, Aetina, Rhodope, Caucaso } *Montibus, & Rupibus?*

Poe-

Poeta ſit, qui pleraſque rationes, Quantitates ſyllabarum ignorat? quod fieri in eo neceſſarium eſt, qui Græcus non eſt. Quomodo enim pronunciabit?

Emendatè	An	Mendosè
Ariſtobulus		Ariſtobulus
Oenopólion		Oenopoliôn
Cratêra		Crátera
Maſtîges		Máſtiges
Idolóthyta		Idotothyta
Abdêra		Abdera
Díphtera		Diphtêra
Panacêa		Panácea
Proxenêta		Proxéneta
Agonótheta		Agonothêta
Abîdos		Abidos
Pædótriba		Pedotrîba
Phreuêſis		Phréneſis.

Poeta ſit, qui ipſa artis vocabula, carminúmque genera non intelligit?

Quid est
- Prosodia
- Distichon
- Hexametron
- Pentametron
- Hendecasyllabon
- Dicolon
- Stropha
- Epigramma
- Bucolicon
- Georgicon
- Lyricon
- Epicon
- Panegyricon
- Epicedron
- Epitaphion
- Elegia
- Comœdia
- Tragœdia.

Si dicas: Poëta non sim, esto: *Latinus* nihilominus esse bonus & eruditus possum. Falsum hoc te dicere, & vehementer decipi infrà singulari capite docebitur.

VIII.

VIII.

NESCIT RHETORICAM: neque Nomen Eloquentis aut Rhetoris meretur.

Causa VIII.

Annon potiſſimæ Rhetorices partes Græcis vocabulis ſignantur? Dic mihi Orator, ſi Græcus non es.

Quid eſt, ſonat, aut ſignificat?

- Proœmium
- Auxeſis
- Theſis
- Hypotheſis
- Epichirema
- Sorites
- Paradigma
- Idea
- Schema
- Periodus
- Colon
- Epitheton
- Epilogus.

Item

Item quid?

- Tropus
- Metaphora
- Synecdoche
- Metonymia
- Antonomasia
- Vnomatopœia
- Catachresis
- Metalepsis
- Allegoria
- Ironia
- Periphrasis
- Hyperbaton
- Hyperbole.

Quid

FIGVRÆ VERBORVM.

Ἀναφορὰ, vel ἐπιβολὴ	*Repetitio.*
Ἐπιφορά, vel ἀντιστροφή.	*Conuersio.*
Συμπλοκή.	*Complexio.*
Ἀναδίπλωσις, vel ἐπανάληψις.	*Conduplicatio.*
Πλοκή.	*Traductio.*

Re-

Πολύπτωτον.	*Casuum commutatio.*
Συνωνυμία.	*Idem significatio.*
Πολυσύνδετον	*Coniunctionum multiplicatio.*
Κλίμαξ.	*Gradatio.*
Συνεκδοχή.	*Subtractio verbi.*
Διάλυτον, vel Ἀσύνδετον.	*Dissolutio.*
Υπόζευγμα.	*Subiunctio.*
Μεσόζευγμα.	*Coniunctio.*
Διάλυτον.	*Disiunctio.*
Συνοικείωσις.	*Rerum duarum colligatio.*
Παρονομασία.	*Annominatio.*
Ομονόπτωτον.	*Similiter cadens.*
Ομονοτέλευτον.	*Similiter desinens*
Ἰσόκωλον.	*Compar.*
Τρίκωλον.	*Trium embrorum.*
Αντίθετον, vel ἀντίθεσις.	*Contra positum, vel Contrariũ.*
Αντιμεταβολή, vel μετάθεσις.	*Commutatio, vel transiectio.*

Επι-

Ἐπανόρθωσις	*Correctio*
ἀπορία vel διαπόρησις.	*Dubitatio.*

Quid

Figvræ Sententiarvm.

Ἐρώτησις	*Interrogatio,*
Αἰτιολογία	*Subiectio,*
προλῆψις	*Anteoccupatio*
Ἐπανόρθωσις	*Correctio*
διαπόρησις	*Dubitatio*
Ἀνακοίνωσις.	*Communicatio*
προσωποποιΐα	*Personarum ficta Introductio*
ἀποστροφή.	*Auersus à Iudice sermo*
ὑποτύπωσις	*Descriptio.*
ἀποσιώπησις	*Præcisia.*
Ἠθοποιΐα, vel μίμησις.	*Imitatio morum.*
Ἔμφασις.	*Latentis rei vis*
ὑπομονή	*Sustentatio.*
ἀπόφασις, vel παράλειψις.	*Prætermissio præteritio*

παῤῥησία	*Libertas seu Concessio.*
παρένθεσις,	*Interpositio,*
Ειρωνεία	*Illudens Oratio,*
Μερισμός.	*Distributio,*
ἐπιτροπή	*Permissio*
Δέησις	*Deprecatio*
Ευχή	*Optatio.*
Αρεια	*Execratio.*
ἐπιφώνημα	*Rei narratæ summa acclamatio, vel complexio.*
Εκφώνημα, vel Εκφώνησις,	*Exclamatio,*

Quid { Epistola, Chria, Historia, Panegyris, Encomion, Lemma, Thema, Synopsis. &c.

Pre-

Præter hæc ſunt aliâ complura, quæ ſi neſcias Græcè, morari te in Eloquentiæ ſtudiis neceſſariò ſoleant ita vt perfectus Rhetor nunquam fias. Rationes ſubiicio.

Ratio I, cur Rhetor fieri absque Græca Linguæ cognitione non poßit.

Quero omnia artis Rhetoricæ præcepta mutuatus eſt à Græcis: hinc & ipſe, & alij, qui de Eloquentia præceperunt. multa paſſim vocabula Græca ſpargunt; quæ niſi intelligas, quid ages? nihil magis in ore Ciceroni quam,

Plato
Ariſtoteles
Socrates
Demoſthenes
Lyſias
Pericles
Iſocrates
Thucydides
Xenophon.

Ratio II. Vix quiſquam bonorum Commentatorum in Ciceronem, in Cæſarem in Vergilium, in alios Latinos claſſicos

eos Auctores est, qui non infinita quodam modo Græca suis operibus immisceat Quod verissimum esse fatebere, si vel aperias doctissimos commentarios.

Mureti
Lipsij
Budæi
Manutij
Lambini
Raderi
De la Cerda,
Pontani
Freygij
Aliorum.

Si ergò tu mediocriter saltem Græcè informatus nòn sis, sæpe in talibus Auctoribus hærebis: sæpe hallucinaberis: sæpe inde nihil, aut parum diues. *Ratio III*

Plurimi, & ferè optimi libri Latinorum Auctorum Græcis vocabulis inscribuntur; vt vel hinc intelligas, quàm vehementer cupiant Latinos *Ratio IV.*

tinæ Linguæ Scriptores de Græcum quoque esse, Ergo quem dices esse Librum.

Paradoxa, Topica } *Ciceronis.*

Ecclogas, Georgica, Æeneidem } *Virgilij*

Thebaidem, Achilleidem } *Statij*

Metamorphosin, Heroidas } *Ouidij*

Idyllia } *Ausonij*

Apophoreta, Xenia } *Martialis.*

Ethica } *Mureti*

Amphitheatrum, Politica, Poliorecticam } *Lipsij*

Pro-

Progymnaſmata } *Pontani*
Dialogos
Philocaliam

Syntagma } *Raderi*
Criſin
Chronicon

Thaumata } *Puteani &c.*

Multa à Latinis aut commodè, aut vno ſaltem verbo exprimi non poſſunt: quæ niſi mutueris à Græcis, aut barbarè tibi loquendum ſit aut certè ineptâ ſæpe Periphraſi vtendum. Ita Quintilianus teſtatur. *Res plurimæ*, inquit, *carent appellationibus* (*apud Latinos*) *vt eas neceſſe ſit transferre, aut circumire, etiam in his quæ denominata ſunt : ſumma paupertas in eadem nos frequentiſſimè reuoluit: at illis* (*Græcis*) *non verborum modò, ſed linguarum etiam inter ſe differentium copia eſt.* Hæc ille. Exempli loco pauca eius generis ſubiicio.

1. ἀν-

1. Ἀντοικοι.

Qui domos nobis aduersas siue obuersas inhabitant: iidem ferè qui *Antipodes*: Latinus diceret *Aduersipedes*.

2. Σκιατροφής.

In vmbra educatus: Plautus ausus est dicere. *Vmbratiola*.

3. Σκληροκαρδία.

Purities aut repugnantia cordis: Tertúllianus fidenter dixit, *Duricordia*, vel misericordia.

4. Ισόχρονος.

Tempore æqualis: Barbarus diceret, *Contemporaneus*.

5. Καχέκτης.

Habitu vitioso præditus, Vbi tribus vocabulis pauperes Latini indigent.

6. Ἀποθέωσις.

In numerum Deorum, siue Diuorum Relatio: Canonizatio, Barbari dicerent; *Deificatio*, seu *Sanctificatio*.

7. Ενη-

7. Ευημέρημα.

Bonus, seu felix diei successus.

8. Ἀπολιτικώτατος.

A ciuitate alienissimus: siue moribus, siue gubernatione.

9. Οἰκαδόσιτος.

Domi, deque Mensa paterna viuens.

10. Εὐτυφία.

Bona vel secunda fortuna, Nam δυςυγίαν Latini ex Terentio non incommodè vertunt *Infortunium*, seu mala fortuna.

11. Πολυθρύλητος.

Multis modis iactatus: magnæ famæ. ὀνομαστότατος.

12. Αχαριςία.

Ingrati animi vitium: quod minus Latini, *Ingratitudinem* appellant.

13. Πολυγραφώτατος.

Multa vel plurima scribens.

14. Αδυνάτον.

Quod fieri non potest. Barbarim,

impossibile dicunt.

Cæterùm non solùm ad hoc seruit Græca lingua Oratori, vt possit paucioribus verbis exprimere rem aliquam, sed etiam significationibus sæpe quàm Latini. Ita clariora, & ἐμφατικώτερα sunt:

Εντελέχεια		Actus.
Εκύσια.		Parentalia.
Πρωτοπολῖται.		Optimates,
Πανδοχεῖον.		Diuersorium
Αείκαρπον.		Fertile.
Αντεραστής	*Quàm*	Riualis.
Παῤῥησία		Libertas.
Πολύτροπος		Varius.
Ισχυρογνώμων		Pertinax.
Δοκησίσοφος		Sibi Sapiens,
χθονοστιβής.		Terrestris.

IX.

IX.

IN PHILOSOPHICIS Solidè doctus esse vix potest.

Quid ita? Tota Philosophia Græco Idiomate scripta & tradita est, Siue ergò Logicus, siue Physicus, siue Metaphysicus esse voles.

Annon quotidie hac, & eiusmodi Vocabula aures tuas personabunt?

- Organum Aristotelis
- Isagoge Porphyrij
- Prolegomena
- Syllogismus
- Enthymema
- Thesis
- Hypothesis,

Analyticorum
Perihermenias.
Physicorum
Metaphysicorum
} *Libri; &c.*

Si Mathematicus, si Astrologus, si Medicus esse voles; non minor tibi cum Græcis vocibus lis, & labor erit, In ore semper

Mathematico
- Diameter
- Paralleli
- Peripheria
- Sphæra
- Trigonos
- Hæxagonos
- Horologium
- Gnomon &c.

Astrologo
- Polus
- Arcticus
- Antarcticus
- Epicyclus
- Meteora
- Phœnomena
- Parelion
- Galaxia
- Hyades
- Phoſphorus
- Heſperus
- Boote: &c.

Medico
- Cholera
- Phthiſis.
- Catarrus
- Paralyſis

Medico

Medico
- Ophthalmia
- Mania
- Phrenitis
- Chiragra
- Podagra
- Lethargus
- Epilepsis
- Apostema &c.

Iam vero Arithmeticus & qui vel circa nummos, vel numeros versatur, in Græca sæpe incurrit:

Qualia sunt
- Numismata
- Oboli
- Drachmæ
- Stateres
- Decades
- Chiliades
- Myriades &c.

Quid Musici? nunquid ipsi, & artem & Nomen à Græcis habent?

- Ode
- Sonus
- Pausa
- Basis

Ad hos enim pertinet,
- Diapaſon
- Diapente
- Lyra
- Cithara
- Barbiton
- Cymbalum
- Hypate
- Parhypate
- Meſe
- Parameſe
- Poppiſmus
- Melodia
- Symphonia
- Harmonia &c.

His præterea adde: Philoſophos ex veteribus omnes, qui vnquam habiti ſunt præſtantes, fuiſſe Græcos, & ſcripta ſua Attica dictione vulgaſſe, quorum nomina ſi neque in caſus flectere, neque interpretari noueris; quis te obſecro Philoſophum, aut ſapientem dixerit?

Nun-

Nunquid Philosophorum Patriarchæ?
- Plato
- Socrates
- Aristoteles
- Theophrastus
- Porphyrius
- Pythagoras
- Ptolomæus.

Iactant Philosophi omnibus in disputationibus, crepántque *Aristotelem*: docent *Aristotelem*: defendunt, & propugnant *Aristotelem*; quis non ergò rideat, si nesciat, vel inflectere, vel interpretari nomen *Aristotelis*? Quid si aliquando astutus aliquis Græculus, ipsa Aristotelis verba in medium proferat & opponat? quid tum faciet miser aliquis Philosophus, qui tanta contentione Aristotelis se doctrinam tueri paulò antè vociferabatur? Adde: Nomina ipsa sectarum philosophicarum esse ex media Græcia desumpta.

Hunc { Academici, Stoici, Peripatetici, Epicurei, Sophistæ, Cynicî, Practici, Politici, Pythagorici &c.

Adde: locorum & personarum ad artes spectantium Vocabula pleraque esse Græcanica.

Vt { Lyceum, Gymnasium, Academia, Museum, Schola, Bibliotheca, Cathedra, Archigrammateus, Pædagogus, Didascalus, Pædotriba, Bibliopola &c.

In

In Scholis tu, in Gymnasiis, in Academiis versatus es? & nescis adhuc quid Schola, Gymnasium, Academia? Pudor?

X.

IN JVRISPRVDENTIA ignoranti Græcas litteras sæpe hærebit aqua, olum cogitabit. *Causa X.*

Quid { Politia, Pandecta, Hypotheca, Syngrapha, Emphiteusis, &c.

Audiant igitur, (Iurisperiti, quos verbis sui Budæi, in omni genere litterarum versatissimi alloquor) *audiant*, inquam, *Marcum Catonem Censorium, Senatorem omnibus numeris ciuilis facultatis consummatissimum, ita apud Ciceronem dicen-* *Ex L. primo, De contr. Emp.*

tem in Catone Maiore. Litteras Græcas senex didici, quas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens, vt ea mihi nota essent, quibus me nunc exemplis uti videtis. Discant nunc denique Linguam Latinam linguæ Græcæ imitatricem esse, quasique quandam Græcorum Linguæ simiam, ac sine Græcæ Linguæ cognitione Latinam mancam, atque debilem esse: quod nemo doctorum diffitebitur. Nisi verò credimus DVCENTA PANDECTARVM LOCA, sine eius cognitione satis intelligi posse; aut nisi inficias ibimus totum penè Titulum DE EXCVSATIONIBVS à Iuris auctoribus Græcè scriptum fuisse.

XI

XI.

NESCIT MAXIME scitu necessaria Theologis.

Causa XI

Enimuero, quid Theologo necessarium magis, quàm nôsse, quid, vel vnde THEOLOGVS? Ac primo quidem (quod non turpe modò, sed & indignissimum Theologo est) non intelligit ipsas Librorum Sacrorum inscriptiones, & Nomina.

Vt sunt
- Biblia
- Genesis
- Exodus
- Deuteronomion
- Paralipomenon
- Psalmi
- Ecclesiasticus
- Ecclesiastes
- Euangelium
- Apocalypsis
- Epistola &c.

Secundò : non intelligit Nomina Sacrarum Perſonarum, & officiorum,

Vt ſunt
- Chriſtus
- Pneuma
- Angelus
- Θεοτόκος
- Patriarcha
- Propheta
- Apoſtolus
- Martyr
- Protomartyr
- Euangeliſta
- Baptiſta
- Epiſcopus
- Clericus
- Canonicus
- Presbyter
- Parochus
- Anachoreta
- Eremita
- Cœnobita
- Monachus
- Diaconus

Exorci-

Exorcista
Acoluthus.
Catholicus
Orthodoxus
Catechumenus
Proselytus &c.

Tertio: non intelligit plurima, & magni ponderis Vocabula in Scripturis & Patribus.

Vt sunt
Ὁμοούσιος
Holocaustum
Mysterium
Synagoga
Ecclesia
Synodus
Synaxis
Chrisma
Catechismus
Gazophylacium
Phylacterium
Diabolus
Cacodæmon, &c.

Item alia.

Vt sunt
- Hæreticus
- Schiſmaticus
- Iconoclaſta
- Idololatra
- Ethnicus
- Energumenus.
- Anathematizo
- Scandalizo
- Prophetizo
- Baptizo
- Martyrium
- Corbona
- Cophinus
- Colaphus
- Architriclinus
- Archiſynagogus
- Blaſphemia
- Zelus. &c.

Quartò: non intelligit multa Vocabula diuinorum officiorum:

Κύριε ἐλέησον
Antiphona
Canon
Hymnus

Lita-

Litaniæ
Liturgia
Psalmus &c.

Quinto: non intelligit nomina Festorum dierum.

Parasceue
Pentecoste
Epiphania
Hypapante
Soteria
Encænia
Scenopegia &c.

Sextò : Hæc & similia qui ignorat quid denique aget miserrimus in Patribus? quorum magna pars est Græca? Bone Deus quomodo leget, aut intelliget?

Irenæum
Chrysostomum
Basilium
Gregorium Naziãzenum
Sophronium
Ephremum
Methodium

Chry-

Chrysologum
Athanasium
Euthymium
Infinitos alios.

Interpretibus contentus eris? ô miserum te! Alij alia malignè interpretantur: alij Græcorum vocabulorum vim & notionem non satis intelligunt aut expendunt: alij Hellenismum & Græcas voces passim relinquunt: alij denique Hæresi alicui cudendæ, aut stabiliendæ peruersè legunt, citant, explicant, quid tum tu agere à Græcis alienissimè Theologe? nihil ego video reliquum quid possis, nisi *Pudere, Pænitere, Lacrymari* quòd Gretsero non tantùm operum in Theologia, sed etiam in Grammatica non dederis. Denique vt huic vtilissimo capiti finem tandem imponamus: constat iam satis, credo, & nisi oculis careas videre potes, si non manib. palpare, quàm necessaria sit aliqua Græcæ linguæ cogni-

cognitio illi, qui inter Latinos numerari, & verſari cupiat: cùm omnes Artes, non tantùm Græcis Vocibus ſignentur, ſed etiam perficiantur, & cognoſcantur: videlicet, vt in faſciculo quodammodo rem omnem accipias:

Mechanica
Grammatica
Syntaxis
Poëſis
Rhetorica
Muſica
Dialectica
Politica
Logica
Phyſica
Metaphyſica
Mathematica
Arithmetica
Geometria
Aſtrologia
Ethica
Theologia.

I nunc

NB. *I nunc tu licet, quisquis es, & dic Græcam linguam scitu minimè videri necessariam.*

Capvt V.

Formas loquendi rariores plerasque, latini à Græcis mutuantur.

ITa se rem habere sequentia demonstrabunt exempla.

1. *Græcis Infinitiuus cum Articulo Agit partes Nominatiui.*

τὸ ζῆν μεστὸν ἐστὶ τῶν φροντίδων.

Viuere, seu vita nostra molestiis referta est.

Hinc Latini.

Velle suum cuique est.

Pulchrum est monstrari digito.

Scire tuum nihil est.

Virtus est vitium fugere.

2. *Græcis non tantùm partes nom: agit*

git cum Articulo infinitiuum, sed etiam omnium aliorum Casuum.

Ἀφειδὴς τοῦ ζῆν.

Prodigus viuere, seu vitæ.

Cicero.

Cum illius temporis mihi in mentem venit. *Gen. pro Nom.*

Pomponius.

Quot lætitias insperatas mihi irrepsêre in sinum. *Accus. pro Nom.*

Persius.

Censorémne tuum, vel quod trabeate salutes. *Voc. pro Nom.*

Alcij.

Matutinus venit
Vespertinus fecit
[illegible]llus dubito.
} *Nom. pro aduerb.*

Græci frequenter circumloquuntur verba in quocunque tempore per verbum Substantiuum. 3.

τῶν ἐκβάλλων.

id est, ἐξέβαλλε.

Erat eiiciens; sic eiiciebat.

Pli-

Plinius.

Coluber est in aquis viuens.

Cicero.

Est quasi in extrema pagina loquens Socrates.

Plautus.

Quos semper videas esse bibentes in cenopolio.

Ouidius

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo.

4. *Græci genere respiciunt aliquando non ad Verba, sed ad significationem.*

Εὐφυὴς παιδίον.

Ingeniosus Puer.

Sic Latini ...

Ludi Megalesia,

Ludi Floralia,

Vergilius

Centauro inuehitur magnâ.

Terentius

Eunuchum suam composuit.

Græci

Græci Adiectiuum neutrum venustè iungunt Substantiuo. 5.

Πονηρὸν ὁ συκοφάντης.

Improbus Sycophanta,seu Improbum quid est Sycophanta

Vergilius

Triste lupus stabulis:
Dulce satis humor.
Varium & mutabile semper
Femina.

Silius

Mite & cognatum est homini Deus.

Apud Græcos quorundam Adiectiuorum substantiua eleganter supprimuntur. 6.

Ἀξίαν ἀποτίνειν.

Dignam soluere, id est τιμωρίαν, Pœnam.

Latini

Bibere calidam
Afferre frigidam.
Abiicere in profluentem

In

In continentem aſcendere.

7. *Græcis, ſubſtantiuum cum qualicunque Adiectiuo ſæpe ponunt in Genitiuo.*

οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων.

Nauci, ſeu pigri hominum.

Latini.

Nigræ lanarum.

Ouorum oblonga.

8. *Græci non tantùm in Genere & Numero, ſed & in Caſu Relatiuum ponunt cum Antecedente Subſtantiuo*

χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω.

Vtor libris, quibus habeo.

Cornificius ad Herennium.

Principium eiuſmodi debet eſſe, vt ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus (pro quas perſcripſimus) aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciat auditorem.

Terentius

Reſtitue in quẽ me accepiſti locum.

pro, reſtitue me in locum, in quo me accepiſti

Græci

Græcis vsitatum est Substantiuo adiungere Gen: Pronominis primitiui, loco possessiui. 9.

Πατὴρ ἡμῶν, *pro* ἡμέτερος.
Pater nostrum, seu Noster.
Emmanuel.

Si dicere velis (Patrem mei pro patrem meum) quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt inusitatè quidem, sed rectè profectò, eáque ratione dices, quâ Plautus dixit:

Labori mei; pro, Labori meo.

Apud Græcos ipsa possessiua passiuam interdum significationem habent. 10.

Εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ.

Dicã enim tuâ beneuolentiâ *id est*, tui, seu, pro mea, in te beneuolentiâ.

Terentius

Neque negligentia tuâ, neque id, odio fecit tuo, *pro* tui. *Idem*

Facilè scires desiderio id fieri tuo: *pro*, tui. *Græ-*

11. *Græci possessiuis addunt nonnunquam Gen: possessoris, seu agentis:*

Ὅλως δὲ τ' ἀμὰ ἔτοι σπαθῶσι τῦ κακοδαίμονος.

Omnino vero isti dilapidant res meas infelicis.

Horatius.

------ Cum mea nemo
Scripta legat, vulgò recitare timentis

12. *Apud Græcos substantiuum cum suo Gen: sæpe est tantùm rei alicuius periphrasis.*

βίη πριάμοιο.

Vis Priami. *id est*, Priamus.

Lucretius

Fortis equi vis: *id est*, Equus,

Virgilius

Odora canum vis: *id est*, Lanes.

Horàtius

Mitis Sapientia Lœli: *id est*, Lœlius,

13. *Græci vsurpant aliquando Recipro-*

proca pro Relatiuis, aut Demonstratiuis.

Μέγιστον μεθ' ἑαυτὸν,
pro, μετ' ἀυτὸν, Maximum post ipsum.

Horatius.

Quæ vox sibi proxima venit, *Pro* ei.

14. *In nominibus propriis gentis, & cognationis omittitur apud Græcos Substantiuum.*

Ἰάκωβος Ζεβεδαίου
Iacobus Zebedæi. *id est,* παῖς, Filius.

Virgilius

Deiphobe Glauci: *id est,* Filia.
Hectoris Andromache: *id est,* Vxor.

15. *Apud Græcos Comparatiuus Genitiuum habet.*

Μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.
Maior his est charitas

Interpres scripturæ.

Maior horum est charitas:

Secundò : non intelligit Nomina Sacrarum Perſonarum, & officiorum,

Vt ſunt {
Chriſtus
Pneuma
Angelus
Θεοτόκος
Patriarcha
Propheta
Apoſtolus
Martyr
Protomartyr
Euangeliſta
Baptiſta
Epiſcopus
Clericus
Canonicus
Presbyter
Parochus
Anachoreta
Eremita
Cœnobita
Monachus
Diaconus

Exorci-

Exorcista
Acoluthus.
Catholicus
Orthodoxus
Catechumenus
Proselytus &c.

Tertio: non intelligit plurima, & magni ponderis Vocabula in Scripturis & Patribus.

Vt sunt
Ὁμοούσιος
Holocaustum
Mysterium
Synagoga
Ecclesia
Synodus
Synaxis
Chrisma
Catechismus
Gazophylacium
Phylacterium
Diabolus
Cacodæmon, &c.

Item alia.

Vt sunt
- Hæreticus
- Schismaticus
- Iconoclasta
- Idololatra
- Ethnicus
- Energumenus.
- Anathematizo
- Scandalizo
- Prophetizo
- Baptizo
- Martyrium
- Corbona
- Cophinus
- Colaphus
- Architriclinus
- Archisynagogus
- Blasphemia
- Zelus. &c.

Quartò: non intelligit multa Vocabula diuinorum officiorum:

Κύριε ἐλέησον
Antiphona
Canon
Hymnus

Lita-

Litaniæ
Liturgia
Pſalmus &c.

Quintò: non intelligit nomina Feſtorum dierum.

Paraſceue
Pentecoſte
Epiphania
Hypapante
Soteria
Encænia
Scenopegia &c.

Sextò : Hæc & ſimilia qui ignorat quid denique aget miſerrimus in Patribus? quorum magna pars eſt Græca? Bone Deus quomodo leget, aut intelliget?

Irenæum
Chryſoſtomum
Baſilium
Gregorium Naziãzenum
Sophronium
Ephremum
Methodium

Chry-

Chryſologum
Athanaſium
Euthymium
Infinitos alios.

Interpretibus contentus eris? ô miſerum te! Alij alia malignè interpretantur: alij Græcorum vocabulorum vim & notionem non ſatis intelligunt aut expendunt: alij Hellenismum & Græcas voces paſſim relinquunt: alij denique Hæreſi alicui cudendæ, aut ſtabiliendæ perversè legunt, citant, explicant, quid tum tu agere à Græcis alieniſſimè Theologe? nihil ego video reliquum quid poſſis, niſi *Pudere*, *Pœnitere*, *Lacrymari* quòd Gretſero non tantùm operum in Theologia, ſed etiam in Grammatica non dederis. Denique vt huic vtiliſſimo capiti finem tandem imponamus: conſtat iam ſatis, credo, & niſi oculis careas videre potes, ſi non manib. palpare, quàm neceſſaria ſit aliqua Græcæ linguæ cogni-

cognitio illi, qui inter Latinos numerari, & verſari cupiat: cùm omnes Artes, non tantùm Græcis Vocibus ſignentur, ſed etiam perficiantur, & cognoſcantur: videlicet, vt in faſciculo quodammodo rem omnem accipias:

Mechanica
Grammatica
Syntaxis
Poëſis
Rhetorica
Muſica
Dialectica
Politica
Logica
Phyſica
Metaphyſica
Mathematica
Arithmetica
Geometria
Aſtrologia
Ethica
Theologia.

I nunc

NB. *I nunc tu licet, quisquis es, & dic Græcam linguam scitu minimè videri necessariam.*

Caput V.

Formas loquendi rariores plerasque, latini à Græcis mutuantur.

ITa se rem habere sequentia demonstrabunt exempla.

1. *Græcis Infinitiuus cum Articulo Agit partes Nominatiui.*

τὸ ζῆν μεστὸν ἐστὶ τῶν φροντίδων.

Viuere, seu vita nostra molestiis referta est.

Hinc Latini.

Velle suum cuique est.

Pulchrum est monstrari digito.

Scire tuum nihil est.

Virtus est vitium fugere.

2. *Græcis non tantùm partes nom: agit*

git cum Articulo infinitiuus,sed etiam omnium aliorum Casuum.

ἀφειδὴς τοῦ ζῆν.

Prodigus viuere,seu vitæ.

Cicero.

Cum illius temporis mihi in mentem venit. *Gen. pro Nom.*

Pomponius.

Quot lætitias insperatas mihi irrepsêre in sinum. *Accus.pro Nom.*

Persius.

Censorémne tuum,vel quod trabeate salutes. *Voc.pro Nom.*

Alcij.

Matutinus venit
Vespertinus fecit
Nullus dubito.
} *Nom.pro aduerb.*

Græci frequenter circumloquuntur verba in quocunq; tempore per verbum Substantiuum. 3.

τῶν ἐκβάλλων.

id est, ἐξέβαλλε.

Erat eiiciens; sic eiiciebat.

Pli-

Plinius.

Coluber eſt in aquis viuens.

Cicero.

Eſt quaſi in extrema pagina loquens Socrates.

Plautus.

Quos ſemper videas eſſe bibentes in cenopolio.

Ouidius

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.

4. *Græci genere reſpiciunt aliquando non ad Verba ſed ad ſignificationem.*

Εὐφυὴς παιδίον.

Ingenioſus Puer.

Sic Latini

Ludi Megaleſia,
Ludi Floralia,

Vergilius

Centauro inuehitur magnâ.

Terentius

Eunuchum ſuam compoſuit.

Græci

Græci Adiectiuum neutrum venustè iungunt Substantiuo. 5.

Πονηρὸν ὁ συκοφάντης.
Improbus Sycophanta, seu
Improbum quid est Sycophanta

Vergilius

Triste lupus stabulis:
Dulce satis humor.
Varium & mutabile semper
Femina.

Silius

Mite & cognatum est homini
Deus.

Apud Græcos quorundam Adiectiuorum substantiua eleganter supprimuntur. 6.

Ἀξίαν ἀποτίνειν.
Dignam soluere, id est
τιμωρίαν, Pœnam.

Latini

Bibere calidam
Afferre frigidam.
Abiicere in profluentem

In

In continentem aſcendere.

7. *Græcis, ſubſtantiuum cum qualicunque Adiectiuo ſæpe ponunt in Genitiuo.*

οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων.

Nauci, ſeu pigri hominum.

Latini.

Nigræ lanarum.

Ouorum oblonga.

8. *Græci non tantum in Genere & Numero, ſed & in Caſu Relatiuum ponunt cum Antecedente Subſtantiuo*

χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω.

Vtor libris, quibus habeo.

Cornificius ad Herennium.

Principium eiuſmodi debet eſſe, vt ſtatim apertis rationibus, quibus præſcripſimus (pro quas perſcripſimus) aut beneuolum, aut attentum, aut docilem faciat auditorem.

Terentius

Reſtitue in quẽ me accepiſti locum. *pro,* reſtitue me in locum, in quo me accepiſti

Græci

Græcis vsitatum est Substantiuo adiungere Gen: Pronominis primitiui, loco possessiui. 9.

Πατὴρ ἡμῶν, *pro* ἡμέτερος.
Pater nostrum, seu Noster.
Emmanuel.

Si dicere velis (Patrem mei pro patrem meum) quo Græci modo τὸν πατέρα μου dicunt inusitatè quidem, sed rectè profectò, eáque ratione dices, quâ Plautus dixit:

Labori mei; pro, Labori meo.

Apud Græcos ipsa possessiua passiuam interdum significationem habent. 10.

Εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ.

Dicã enim tuâ beneuolentiâ *id est*, tui, seu, pro mea, in te beneuolentiâ.

Terentius

Neque negligentia tuâ, neque id, odio fecit tuo, *pro* tui. *Idem*

Facilè scires desiderio id fieri tuo: *pro*, tui. *Græ-*

11. *Graci possessiuis addunt nonnunquam Gen: possessoris, seu, agentis:*

Ὅλως δὲ τ' ἀμὰ ἔτοι σπαθῶσι τῦ κακοδαίμονος.

Omnino vero isti dilapidant res meas infelicis.

Horatius.

- - - - - Cum mea nemo
Scripta legat, vulgò recitare timentis

12. *Apud Gracos substantiuum cum suo Gen: sape est tantum rei alicuius periphrasis.*

βίη πριάμοιο.

Vis Priami. *id est*, Priamus.

Lucretius

Fortis equi vis: *id est*, Equus,

Virgilius

Odora canum vis: *id est*, Lanes.

Horatius

Mitis Sapientia Lœli: *id est*, Lœlius,

13. *Graci vsurpant aliquando Reci-* pro-

proca pro Relatiuis, aut Demonstratiuis.

Μέγιστον μεθ' ἑαυτὸν,

pro, μετ' αὐτὸν, Maximum post ipsum.

Horatius.

Quæ vox sibi proxima venit. *Pro* ei.

In nominibus proprius gentis, & cognationis omittitur apud Græcos Substantiuum. 14.

Ἰάκωβος Ζεβεδαίου

Iacobus Zebedæi. *id est*, παῖς, Filius.

Virgilius

Deiphobe Glauci: *id est*, Filia.

Hectoris Andromache: *id est*, Vxor.

Apud Græcos Comparatiuus Genitiuum habet. 15.

Μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.

Maior his est charitas

Interpres scripturæ.

Maior horum est charitas:

Maiora horum faciet.

16. *Græci interdum post ἢ, eleganter addunt has particulas κατὰ, εἰς, πρὸς ὅσον, ὡς.*

Ἐλάττω νομίσας τὴν ἀρχὴν, ἢ κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν εἶναι.

Ratus imperium minus esse, quàm pro suo ingenio atque animo.

Latini

Maius opus est, quàm pro meis viribus.

17. *Apud Græcos Comparatiua recipiunt augmentum.*

πολὺ μᾶλλον ἑτοιμότερον

Multò magis promptius.

Plautus.

Nihil inuenias hoc certo magis certius.

Idem.

Nam magis multò patior facilius verba.

Vergilius

Quis queat optato magis esse beatior æuo?

Apud

Apud Græcos ponitur interdum Positiuus pro Comparatiuo. 18.

Καλὸν τὸ μὴ ζῆν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.
Pulchrius est non viuere, quam viuere miserè.

Καλὸν, pro κάλλιον.

Interpr. Scripturæ.

Bonum est confidere in Domino quàm confidere in homine, *pro* Melius est.

Apud Græcos verba admirandi habent Genitiuum. 19.

θαυμάω ὑμῶν.
Miror Vestri.

Item lætandi.

Virgilius

Iustitiæne prius mirer, bellíne laborum?

Item Græci verbis dominandi, & imperandi iungunt Genitiuum. 20.

τῶν οἰκετῶν ἄρχειν.
Seruorum imperare,

Horatius

Et quà pauper aquæ Daunus a-
grestium
Regnauit populorum.

21. *Græci verbis incipiendi, & desinendi etiam Genitiuum adiungunt.*

λήγετε βωκολικᾶς ἀοιδᾶς.

Desinite agrestem Musam.

Horatius.

Desine mollium querelarum.

22. *Græci verbis abstinendi quoque Genitiuum vingunt.*

Ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.

Alienorum, siue ab alienis abstinere.

Horatius.

Mox vbi lusit satis abstineto
(Dicit) irarum, calidæque rixæ.

Græci verbis implendi vingunt Genitiuum.

Ἐπλήσθη ὁ γάμος τῶν ἀνακειμένων.

Impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Ver-

Vergilius

Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.

Græci verbis carendi, abundandi gen. addunt. 24.

Ὧν εὐπορούμεν.

Quorum abundamus.

Horatius.

Eget æris Cappadocum Rex.

Terentius

Tui carendum est.

Lucretius.

Superi viduatus luminis aër.

Græci verbis prohibendi genitiuum iungunt. 25.

Εἴργω πυρὸς καὶ ὕδατος,

Interdîco igni & aquâ.

Silius

-- -- Capite prohibere nequiret
Cùm pænos Aquilæ.

Apud Græcos verba quædam sæpe regunt gen. deficiente ἕνεκα vel χάριν. 26.

Εὐδαιμονίζω σὲ τῆς ἀρετῆς.

Prædico te felicem propter virtutem: seu, virtutis; subauditur, ἕνεκα.

Ouidius

--- Successorúmque Mineruæ Indoluit.

Seneca.

Regni lacus rapti furit: *Id est*, gratiâ, vel causâ Regni.

Horatius.

Morem artis in te, nullum habentis exitum.

27. *Apud Græcos multa verba Regunt casum suæ præpositionis.*

ἐκβαλῶ τῆς οἰκίας.

Eiiciam domûs seu domo.

Horatius.

Propugnat nugis. *Id est*, pugnat pro nugis.

Cicero.

Arbitrum illum adigit, *id est*, Ad arbitrum.

28. *Apud Græcos Verba nocendi & adu-*

dulandi, quemadmodum & commodi & incommodi, frequenter Accusatiuum regunt.

ἐμὲ μὴν ὐδὲν βλάψει.

Me nihil nocebit.

Latini.

Noceo te, adulor te.

Apud Græcos verba pugnandi Datiuum regunt. 29.

ὐ μάχομαι σοι.

Non pugno tibi, seu, tecum.

Vergilius

Montibus in nostris solus tibi certat Amyntas.

Idem.

-- Placidóne etiam pugnabis amori?

Lucretius.

Quid enim contendat hirundo cygnis?

Apud Græcos multa verba Datiuum habent vi præpositionis. 26.

συμπαίζειν τοῖς ἡλικιώταις.

Colludere paribus.

Latini.

Immori ſtudiis.
Impalleſcere chartis.
Concurrere armatis.

31. *Apud Græcos Verbum ſæpe iungitur cum Accuſat: Nominis à ſe deducti*

Δίκην δικάζω.
Iudicium iudico.

Latini

Furere furorem.
Cantare cantilenam.
Viuere vitam.
Pugnare pugnam.

32. *Græci ſæpe verbis neutris, aliis & aliis propaſſiuis vtuntur.*

ἀπέθανεν ὑπὸ τῆς γυναικὸς φαρμάκῳ.

Interfectus eſt ab vxore veneno.

Terentius.

Herus, quantum video, ab vxore occidit:
Id eſt, eiectus & exactus eſt.

Cicero.

Nihil eſſe valentius, à quo intereat.

Pli-

Plinius.

Periit ab Hanibale.

Græci non tantum propriis, sed etiam appellatiuis vtuntur in accus: si interrogatio fiat per aduerbium ποῖ, quo? 33.

Ἐπειδὴ νῆας τε ϗ ἑλλήσποντον ἵκοντο.

Poſtquam ad naues & Helleſpontum venerunt.

Vergilius

Deuenere locos.

Lauináque venit littora:

Speluncã conueniunt eandem,

Apud Græcos Infinitiuus Nomin, habet, cùm in eâdem perſona oratio ſubſiſtit. 34.

λέγω εἶναι. φίλος.

Dico eſſe amicus. ſeu, dico me eſſe amicum.

Lucanus.

------Tantúmque putauit

Iam bonus eſſe Socer------

Ouidius.

-- -- sed enim quia rettulit Aiax.
Esse Iouis pronepos.

Catullus.

Phaselus ille quem videtis hospites, Ait fuisse nauium celerrimus.

Graci nominatiuis adiectiuorum
35. *eleganter adiungunt Infinitiuum.*

Δεινὸς λέγειν.

Acer dicere, *hoc est*, acer & vehemens dicendo.

Latini.

Fortis bellare
Prudens intelligere
Sapiens prouidere,
Timidus dicere.
Quæ sunt Horatio frequentissima.

Apud Gracos Infinitiuus ponitur
36. *frequenter pro Imperatiuo.*

Μέτεω μὲν φαγεῖν, πιεῖν καὶ μυθολογεῖν. *pro*, φάγε, πίε, καὶ μυθολόγει.

Moderatè edito, bibito, ac loquitor.

Ver-

Vergilius.

Æstibus at mediis ymbrosam exquirere vallem,

Tum tenues dare rursus aquas, & pascere rursus:

Subaudi, πρέπει, conuenit.

Apud Græcos Gerundia in Dum, cum aliquid fieri aut faciendum significant, circumloquuntur per Verbalia in έον. 37.

ὀ ταυτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον.

Non eadem omnibus tribuendum est.

Lucretius.

Æternas quoniam pænas in morte timendum.

Vergilius.

-- -- Pacem Troiano à Rege petendum est.

Græci ἐν *cum Genitiuo aliquando iungunt per Ellipsin.* 28.

ἐν ἀνδρὸς εὐσεβεστάτου

In viri Pientissimi, *Subauditur*, οἴκῳ, domo.

Latini.

Et in D. Petri.

In B. Virginis, *id est*, templo.

Hæc igitur vniuersa, qui nescit dic amabo, quid scit, aut quod nomen inter Latinos profitebitur? Cùm similibus constructionibus & hellenismis pleni sint omnes libri, & Auctores?

CAPVT VI.

Poetices cognitionem & peritiam necessario illi habendam videri, qui bene Latinus esse velit.

MVltis hucusque docuimus, quàm necessaria Latinitatis studioso, Græcarum litterarum eruditio: sed non minus ab eo requiri Poëseos studium & scientiam, hisce Rationibus breuiter demonstrabimus. Ne-

NECESSARIA EST Poësis Latinæ Linguæ studioso.

Necessaria est Poësis ad Linguam Latinam ob causas sex.

1. QVia Poëtica omnium Artium est antiquissima; & ex quâ reliquæ ferè artes liberales promanârunt.

2. Quia nullus ferè liber extat, in quo non Versus aliqui reperiantur: adeóq; hodie vix quisquam doctum se librum scribere arbitratur, qui non Poëtarum, tam Latinorum, quàm Græcorum testimoniis subinde vtatur An non vel ipsum *Breuiarium Romanum*, quod Clerici recitare quotidie coguntur. plenum est carminibus & Versiculis ? Quàm turpe igitur tibi sit, illa te carmina neque metiri posse, neque genus carminis nominare?

3. Quia Versibus omnes docti, tam profani quàm sacri homines delectantur. An non Prophetæ an-

tiqui Versus scripserunt? De Ieremia Dauide, Salomone notum est. An non noui Instrumenti Patres Versus ipsi, vel fecerunt, vel Poëtas citauerunt. De D. Paulo, Gregorio, Hieronymo, aliísque compluribus cõstat. Ipsa Ecclesia Romana in diuinis officiis Versus antiquorum Poëtarum sæpius vsurpat.

In ipso Sacrificio vtitur Ecclesia Versibus.

IV. Quia ipsa Eloquentia à Poesi emanauit. Hinc videlicet prouenere illa ornamenta, & adiumenta latinitatis: Delectus, & Emphasis verborum: Sonus & grauitas, Magnificentia & numerus: Proprietas, Elegantia, cæteráque lumina oratorum.

V. Quia omnis omnium liberalium artium eruditio hauriri vix potest aliunde, quàm ex Poetis, qui eiuscemodi artibus mirificè exculti fuêre. Et enim vt illud omittam, nullam fuisse humanæ sapientiæ partem, quam Poetę non pertractâ-

ctârint, atque ita metris decorârint, vt ei splendorem singularem attulerint. vbi Astrologiam, Astronomiã. Physicam, Ethicam, Iurisprudentiam, Medicinam, Theologiam; præterea vel eius partes iustis voluminibus à Poetis decantatas; vt denique Poetas illos, virósque omni Sapientiâ clarissimos, Solonem Empedoclem, Pythagoram transeam; quis fermè Poetarum extitit, in quo non omnium optimarum artium vestigia, peritiámque, inuenias? quem non omni humanâ doctrinâ refertum atque excultum animaduertas? quem non incredibili omnium rerum cognitione abundantem mireris & suspicias?

In hunc ferè modum Gruterus.

VI. Quia omnes ferè docti fuerunt Poetæ, saltem mediocres: vt magno mihi argumento sit, solidè doctum latinę lingue fieri neminē posse, qui Parnessum nunquam viderit. Tametsi enim magnum sit discrimen,

men inter Poëticum & ſolutum latinæ dictionis ſtylum: nihilominus tamen iſta inter ſe connexi, & quodammodo compacti ſunt, vt à ſe inuicem diuelli nequeant. Vnde igitur per Deum immortalem prorepunt nobis illæ Ramæ, imperitorum patroni, & ignorantiæ mancipia, & ſerui, qui dictitare audent; *Poeticam* non admodum eſſe neceſſariam latinè diſcere cupienti? ipſum M. T. Ciceronem Romanæ Eloquentiæ Principem Poëtam fuiſſe aut nullum aut certè claudum, & ineptum. Quamquam enim hoc ipſum aſſeuerare audeat Seneca Rhetor, hoc nugetur Martialis, rideat Iuuenalis: laudat tamen eundem Ciceronem, vt non malum Poëtam Plutarchus laudat Andreas Schottus, quorum vltimus ſic ſtomachatur: *Valerius Martialis, vide quàm petulanter ſolemne illud ſuum ſeruans in Tullium incurrat:*

Tull. quaſtien. l. 1. *c* 28.

Car-

Carmina quòd scribis Musis & Apolline nullo, *Mart. in Garum.*
Laudari debes, hoc Ciceronis habes.

Hispano Poëtæ crassum quid, & pingue sonanti Ciceroniana Poëmata forte non arridebant: quare concedi nobis vicissim debet, vt nec illius omnia nobis vsque quaq; placeant, vt obscœna, & scurræ potius iocularia, quàm Sapientis hominis dicteria. In quo quidem & acumen Epigrammati proprium multi, plus æquo fortasse admirantur; latinitatem certè *Aureo* seculo inferiorem qui rasas habent aures facilè obseruant. Nunc Satyricum Iuuenalem falsè ridentem audiamus. *M. T. Cicero Poeta.*

O fortunatam natam me Consule Romam
Antoni gladios potuit contemnere, si sic
Omnia dixisset: ridenda Poemata malo,
Quàm te conspicue diuina Philippica fama,
Volueris à primâ, quæ proxima.

Ridenda Tullij poemata pronuntias, præ quibus risu digna tua (ô Iuuena-

uenalis) si verùm fateri volumus, fortassè iudicemus. Reponam¦in Præsens & Plutarchi iudicium Poësin Ciceronis laudantis, sententiámque doctorum hominum bene de litteris existimantium; hócq; meum iudicium doctis me facilè probaturum confido, *ante Ciceronem fuisse Romæ meliorem Poetam neminem.* Ita ferè Schottus.

*Plutarchus appellat.

NB.

lib. & cap. cit.

CAPVT VII.

Stylum continuò exercendum esse proficere in Litteris Latinis.

RESTANT duo insuper capita pertractanda, quibus omnis Latinæ linguæ apparatus comparari videtur:

Exercitatio Styli; & imitatio: de priore prius.

I. *Obserua* igitur I. Exercitationem Styli consistere in assidua & fre-

frequenti scriptione & compositione; pro vt videlicet in hoc vel illo genere dicendi excellere cupis. Experientia enim est; Pictorem fieri, nō nisi frequenter pingendo, Citharœdum & Cantorem, non nisi manum frequenter Citharæ admouendo & cantando; Gladiatorem & Pugilem, non nisi frequenter in palæstra se exercendo. Sic tu si Orator, si Historicus, si Poeta magnus esse velis, id assequeris, non nisi multas Orationes scriptitando, multas historias narrādo, multa oemata cantando. Quare cum ad componendum accedis, te velut Imperatorem gerere debes, & illa Svsii obseruare *Quemadmodum Imperator exercitum, sic Orator dictionem instruere debet. Verba deligenda sunt: eadem velut in manipulos cohortes, legiones, sic in Commata, mēbra, Periodos distribuenda: hæreāt in castris, proficiscātur in agmine Stāt in acie. Deniq; vario Troporū & Figura* *Lima Ciceron, cap. 2.*

rum

rum apparatu instructa refulgeat Oratio: vel venustè ad palestram adornata, vel seriis armis, non sine nitore tamen & cultu induta, vt cum docet, delectare & mouere non negligat.

II. *Obserua* II. Stylum ipsum, quẽ per exercitationem continuam parare tibi debes, tria requirere: Verba lecta; Numerum rotundum; Indolem seu Genium dictionis; quod Cicero, *Decere*, appellat, & verbis exprimi posse negat. Quæ tria si obseruassent & secuti fuissent huius & Superioris Sæculi quidam Scriptores, non tantum chartæ, & bonarum horarum pendidissent, vt solis verbis Ciceronianum fingerent, aut solis numeris, ac nescio quibus nugis aures lectoris implerent.

Stylus quare requirat.

III. *Obserua* III. Malè facere illos, qui integros Codices legendo absoluunt, & ne vllam quidem interea Epistolam, aut Epigramma componunt. Seruari igitur à Sudioso Latinita-

nitatis accuratè illud SACCHINI præceptum hic velim. *Cum sumpturi sunt inquit Stylum, breue aliquid legitent, vel ex Oratore, vel Poeta, prout ipsi tale quippiam, seu prosâ, seu carmine meditantur. Idem factitent, cùm scripta à se se, emendare aggrediuntur: nec principio solùm, sed etiã inter opus ipsum? Nam vt primam scriptionem non facilè interrumpendam censuerim, sed indulgendum ingenio calorique obsecundandum; ita morosè emendanda, quæ primo effusa sunt impetu & identidem aliquid regustandum ex antiquo volumine, vt ad exemplum ac formam illam quam proximè effingatur oratio,* *De ratione libros legendi, cap. 7.*

Consonans Grunerus. *Quicquid apud idoneos scriptores aptum atque elegans per te tu inueneris, aut ab aliis notatum ibiq; commendatum acceperis, quantum potes mox vsurpes, ac stylo feras. Nec nisi Phrasibus splendidoribus, verbisq; selectioribus sem-* *Introduct. ad Eloquentiam capite 9.*

semper conquisitis quicquam vel scribas vel loquaris: téque ab omni plebeio sermone, quàm longissimè abducas.

IV. *Obserua* IV. Præter lectissima verba numeri maximam quidem habendam rationem, sed ita, vt non totum in hoc consistere arbitreris. Puerilis enim hic planè labor foret; quod ipsum Svsivs his verbis significat. *Atque hoc etiam censeo*, inquit, *nō id sufficere, vt legitimus habeatur, si syllabarum omnium numeros ad calculos Ciceronis exigat.* Suffragantur mihi Qvintiliani verba. *Otiosi atq; supini, si quid modò longius circumduxerunt, iurant ita Ciceronem locuturum fuisse. Noueram quosdam, qui se pulchrè expressisse genus illud cælestis huius in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent* Esse videatur. Est ergo aliud quiddā in numero Oratorio obseruandum & stylo præcipuè Ciceroniano, quā nescio

Lima Cicero. c.2.

Quintiliano lib. 10.cap.2.

nescio qui certi & communes loquendi modi à Cicerone frequentius vsurpati.

Obserua V. *Decere* illud, quod præter verba & numerum in exercitio styli adhiberi vult Cicero, esse non aliud nisi illos colores, illa lumina, illa opulentissimo ab ingenio deprompta cimelia, quibus Classici Auctores scripta sua iucundissimè exornarunt quæ cùm requiram maximè, inquit Susius, tum eorum acerrimè imprudentiam castigauerim, & insolentiam, qui in Scholas quasdam & communes Locos ea digerentes, sanam Orationis frugalitatem ita faciunt, vt non luxuries tantùm Asiatica, sed adipalis cuiusdam abdominis portentum sobrio iudicio risum & indignationem moueat. Vnde ergo, inquis tu, Stylus mihi comparandus, sic loci eiuscemodi communes à multis iam

V. Cicero appellat τὸ πρέπον.

Loco cit.

Fortè legendum faciuntur.

iam collecti ad rem facere tam parum videntur? Responsio facilis, *Ex Lectione Auctorum*; de qua nunc.

Capvt IIX.

An, quis, quid imitandum?

Svmmum ac postremum, quod Latini sermonis studioso suaderi vtiliter poteſt, *Imitatio* ſit, prudenter ad Ciceronis exemplar inſtituta. Nam *Imitationem* aliquam eſſe, cùm ipſa doceat natura, prudens nemo in dubium vocabit. De qua quidem multi multa præceperunt: vix quiſquam accuratius Andrea Schotto; vt qui de optima Imitandi ratione veterum, recentiorumque iudicia collegerit, & integro libro diſſertorum virorum ſuffragia per Saturam Lancem appoſuerit. Nobis ex omni illa doctiſſimorum virorum turba, maximè ad vſum & gratiam ado-

adolefcentium hac de re fcripfiffe, videatur EDMVNDVS CAMPIANVS Societatis IESV fortiffimus pro Ecclefia Catholica pugil: cuius proinde tanti viri iudicio hîc ftamus, verbis libenter vtimur. Ad apparatum fermonis ornatúmque quod attinet, nullum exiftimo fructum effe, nifi voluminum Ciceronis, aut eorum qui Ciceronem feliciter expreflerunt. Sed hoc dico; in ceteris legendis cenfores nos effe debere, in Cicerone difcipulos; illos notare, hunc fufpicere; illos guftare, hunc vorare & concoquere, & in fanguinem penitus fuccúmque veftrum vertere: Habent illi delicias quafdam, parcè à nobis cautéque delibandas; hic plenas menfas & opiparas dapes, confidenter auidéque fumendas. Ex hoc igitur folo conficietur Elocutio. Sicut enim nemini cutis, aut color, aut certa corporis conftitutio nafcitur ex epulis quas

attingit, sed ex quotidiano pastu, quo vegetatur, & aliter: sic oratio, quamuis nonnulla de aliorum scriptis, tamquam de alieno conuiuio seponat, forma tamen eius & natura ex vno Cicerone, cui semper assuescat, tamquam ex constanti pabulo orietur. Hæc eò spectant, vt probem qui Ceronianus non sit, eloquentem esse neminem. Aliter sensisse video & Angelum Politianum, cuius extat ea de re ad Paulum Cortesium Epistola, & Ioannem Picum admirabili doctrinâ principem: Cuius rationes dissoluit Petrus Bembus Cardinalis. Ac mihi quidem attentius cogitanti, explodenda videtur inprimis eorum sententia, qui prorsus imitationem sustulerant, & suum cuique ductum in scribendo relinquunt, nec audiendi sunt, qui omnes bonos latinitatis Auctores præfigere maluerunt: nusquam enim est, qui vbique est. Certè inter scriptores ipsos

Eloquens dici nemo poterit nisi Ciceronianus.

ipsos probatos & bonos, dictio tam dissimilis reperitur, vt, qui horum vestigiis omnium velit insistere, & optima deserat & nón consequatur mediocria. Vnde illud prouerbium inoleuit: *Qui plures insequitur lepores, nullum capit.* Sed & illi aberrant à vero, qui Ciceroni in Imitatione primas styli, non tamen soli deferunt. Quis pictor, qui artem didicerit ab Apelle, Polygnoti aut Thimãtis tabulas, è quibus doceretur adhibuit? quis Fictor, quem Lysippus eduxerit, Calamidis signa rigida magnopere fuit contemplatus? Illud est expeditissimum, vt vnus ponatur ob oculos, vnus ad imitandum constituatur. Quod si vnus, quis nisi M. Tullij? cui natura suas omnes opes contulius, cui latinus sermo patrius fuit: cui litteræ, linguæ, artes, ingenium iudiciúmque perpolierunt: cui cum ætate hoc studium adoleuit atq; consueuit: cui exercitatio dicẽ- *Præcipuè Cicero ad Imitandum proponendus.*

di & ſcribendi aſſidua mirabilem facultatem peperit: cui dignitas in rep. ſapientiam cumulauit, & auxit diligentiam: cui denique hoc ipſum curæ & cordi fuit Eloquentiam Latinam perficere. Non diffiteor inter eos qui Ciceroniani dici volunt, quoſdam eſſe, qui ridiculo ineptóque labore, ſic ipſum velut hominem ſimioli, non quod naturale eſt, veluti filij patrem referant. Nam & pagellas expilant manifeſtè, & verba capiunt importunè, & vim faciunt ſententiæ & deformem ſeruiũt ſeruitutem. Itaque rectè præcipiunt, qui iubent, ſi placuerit tibi inuentio, veſtire verbis tuis, id eſt, aliis: ſi verba libentibus illis vti, non recuſantibus. Sunt enim qui ſenſa vocibus ligent, nactique phraſes pulchras, & plauſibiles, rem quamlibet in eas tamquam in vincula coniiciunt. Contrà factum oportuit nam de re primùm, pòſt de vocabulis cogitandum.

Præcept. I. in imitando ſeruandum.

dum. Aliud quoque mandant non vtile, sed non in perpetuum. Scribis Epistolam? delige Ciceronis vnam in eo genere quam sequaris. Peroras vel disseris aliquid? quære in illius operibus exemplar, quod inspicias semper; caue ne tu te prodas, vel vt inopem vel vt captiuum. Tertium hoc sit: Contemplabimur in egregio corpore lineamenta, venas, cutem, colorem partes & virtutes singulas: quàm illud solidum & succi plenũ, quàm formosum; quàm subactum, quàm illuminatum quàm varium, & concinnum appareat. Illius exordia statim conciliant animos, narrationes suspendunt, contentiones expugnant, motus possident; Exempla loci communes, amplificationes, omnis varietas artis & orationis copia mirificè delectat. Sic ille grandis est, vt non turgeat; sic humilis, vt non vilescat, sic medius & venustus, vt nullas vnquam accersat ineptias.

II.

III.

Hæc dum amabimus & sequemur, studiosè vitabimus κακοζηλίαν. Quartum enucleatius proponam, quoniam in hoc negotio non minimam sibi partem vendicat.

Caput IX.

De triplici Imitatione Ciceronis: In Verbis, Phrasi, Compositione.

Edmundus Campianus Societatis Iesu in Anglia pro Fide Catholica occisus.

TRia igitur quam accuratissimè in Cicerone obseruanda, imitandáq; censet fortissimus, Eloquentissimúsque vir, illi Adolescenti, qui supra vulgus erigere sese aliquando, noménque inter disertos habere aliquod velit.

I. VERBA.

I. Imitatio Verborũ.

Verbum, inquit, recipio, nullum quod non ille recepisset: multa autẽ admitto, quæ ille non protulerit; prolaturus sine dubiò si tulisset oc casio

casio, An ego dubitem, quin vir grauis & sapiens, pertractans philosophica, voces cōuenientes fecerit, idque vt augeret linguam Latinā, sicut ipse affirmat. Item si de agricultura fusius disputasset, plurima dixisset cum Varrone, Catone, Columella: præsertim, cùm in vno Libello de senectute & *Occatum*, & *Occatio*, & *Arista*, & *Acinus vinaceus*, & *Repastinatio*, & *Consitio*, & *Pomaria* leguntur, alibi apud hunc nusquam? Quid? qui semel de legibus, *Virgeta* nominauit, semel ad Q. Fratrē, *Siluā viridicatā*, semel de Fato, *Mulierosum*, semel in Tusculanis, *multiplicabilem*, semel in Paradoxis, *mutilum*, semel in Epistolis *sportellas & artolaganos*, semel ad Atticū, *dieticula* semel de vniuersitate, *diuiduum* semel in Verrem, *diuaricari*, semel de Nat. Deorum, *Viticulas*: ille non eiusdem generis alia prodidisset, vel sæpius, vel copiosius talia disser-

uisset? Quid si recuperari possent ipsius volumina de Rep. quæ exciderunt; annon suppeditarent bona vocabula, quæ tamen nullus adhuc Nizolius in reliquo Cicerone viderit? cuius rei coniecturam ex eo capio, quod in Somnio Scipionis &, *extimum globum*, *& Stelliferum cælum*, *& immobilem terram*, *& lunarem cursum* reperio, quæ non reperissem nisi hoc fragmentum ex illius sexto de Repub. libro superesset. Non igitur linguam Ciceronis, quæ multa reticuit, non fortunam temporum, quæ multa perdidit, sed Ciceronem ipsum facio censorem & iudicem dictionum, sic loquar, vt ipse loquebatur, & paratus erat loqui Militiæ verba quæ in illo desidero, sumam de Vegetio; Agriculturæ de Varrone & Catone; Architecturæ, de Vitruuio, Medicinæ de Celso. Philosophiæ de Scholis: sed ita sumam, vt imitationi, quam vrgeo, nihil in-

Verba quæ Cicero non habet, vnde peti debeant.

com-

commodem. Neque enim si reliquus sermo sui similis f. erit, Vocabula quædam adscita & persperſa rarius, quæ vel necessitas peperit, vel vsus emollijt, figuram vniuersam corrumpere & deprauare poterunt. Sed ne quis hanc libertatem vertat in audaciam, duo præscribo. *Primum*, vt quoad eius fieri possit, Cicero totus exquisitissime referatur, & exprimatur. *Cautio duplex.*

Secundum, vt extra Ciceronem nihil assumatur quod non ingens vtilitas necessitásue flagitent. Vtilitatem interpretor, cum vim lucem, pondus, securitatem apportet vna dictio quâ repudiatâ vel obscuritas, vel error, vel offensio non modica bonorum hominum iure timeri debeat. Nempe apud Ciceronem, *Perpessio*, non *Passio* inuenitur: num propterea Christiani non audebimus Passionem Christi totidem litteris & syllabis enunciare? *Per me quidem* *PASSIO CHRISTI.*

Cum Christianis potius quàm cũ Cicerone PERPESSIO dicendum,

potiꝰ in Tiberim omnia Ciceronis opera coniiciantur, quā huius vnius dictiũculæ iactura fiat. Quare? ſic enim increbuit iam ſignificatio rei ſanctiſſimæ, & maximæ, vt non ſit tutum abolere. Idem exiſtimo de, *Pænitentia*, quæ fortius & valentius Eccleſię Catholicæ ſenſum loquitur, quam *Reſipiſcentia*, quæ mihi videtur non ſolũ infirmior, ſed ſono etiā Iunior. Iā verò quis neſciat, *Sacramentũ* apud illos Ethnicos nō idē ſignificaſſe quod hodie apud Chriſtianos? aut *Vetꝰ Nouũq; Teſtamentũ*, ex taliũ Auctorum ſentētia pro ſacris Bibliis accipi non poſſe? Quid ergo? nomē antiquabimus? Cōfeſſio Fideliũ, & religio vetat. Aliquid etiā copiæ largiremur, ſed magnâ cũ cautione, & in vocibꝰ admodũ luculentis, quę licet nihilo plus efficacitatis aut cōmoditatis afferant, tamē ſi dignæ videantur Ciceronis auribus, locupletandi ſermonis gratiâ viuāt: vt *Gracilis* pro *tenui ſtrigoſo, ſubtili, exili, exiguo*, cur

damnetur? Cicero non habet, *Grauitatē* habet, quæ eximia eſt. At *gracilitudinē* & *gracilentū* nolim, quæ nihil vtilitatis, multū inſolentię ſecū ferunt Sed quoniā ad Ciceronis mētem in hoc delectu prouocauimus, q̃d ille ſenſerit eliciamus ex eo quod fecerit. *Soritē*, inq̃t, ſi neceſſe ſit, latino verbo liceat, *Aceruale* appellare: ſed nihil opus: vt. n ipſa *philoſophia* & multa verba Gręcorū, ſic *Σωρείτης* ſatis latino ſermone tritus eſt. Ecce cū res poſtularet finxit Vocabulum, quādo magis vteretur iā factis non à quolibet audaculo, & imperito, ſed ab idoneis & diſertis neque ſemper, ſed verecūdè: nec vbiq; ſed ſuo loco. Hęc ſi tribuimus cōmoditati; inopiæ certè & neceſſitati pluſculum dabimus. *Vt fibula* Cæſaris, Ciceronis nō eſt, qui tamen in Bruto dat eidē Cæſari de puro, & incorrupto ſermone honorificum, & liberale teſtimonium. *Acetum fugorificum*, dixit

Diligenter notanda doctrina.

Lib. 2. de diuinat.

Lib. 4. de Bello Gall.

Gellius. Alterum rectum est, alterum ineptum, neutrum Ciceronis; Illud amplectimur, hoc reiicimus. Cùm ergò deest Vocabulum rei quotidianæ, vel satis vsitatæ, quam circum loqui molestum sit, quis non concedat aliunde ex laudatissimis Auctoribus esse petendum? vt sunt. *Abstemius*, *Accentus*, *abolitus*, & similia: quæ quidem incerta, nihil officiunt imitanti imo paucissimis exceptis, eadem nihilo secius manebit phrasis, compositio, & figura styli semper eadem.

II PHRASIS.

II. *Imitatio Phrasiū.* Omnino seruandæ est vnius locutio Ciceronis nec vlla Societate scriptoris alterius, vel idiomatis contaminanda. Labemur autem facilè in multis, nisi hanc legem Sanctè custodiemus. Vulgus enim non ita diceret:

Pra-

Phrasis Ciceronis:
Propiùs absum.
Contra rem meam venit.
Abdo me in Bibliothecam.
Moneor insolentiâ loci.
Quantam honoribus man datum voluistis.
Allegat illis homines nobiles.
Tua prædia sibi depâstus est. &c.

In hac tanta elegantia, quàm lucidus, quàm planus est M. Cic. vtitur etiam peculiari cum gratia quadam certis particulis, vt:

Particulæ Ciceronis:
Amendacio stare.
A nobis est.
Mecum facit.
Vnus de illis.
De amicorum sententia.
In ante Calendas.
Pro templis.
Ad vrbem pugnatum est.

Particulæ Ciceronis. { *Cum tum* / *Quà tum* / *Verò* / *Plane.* / *Sanè.* / *Quippe &c.*

III. Imitatio Compositionis.

III. COMPOSITIO.

Connectit etiam mirificâ diligentiâ, & varietate clausulas, atque periodos, vt:

Compositio Ciceronis { *Siquidem.* / *Neq; enim.* / *Nisi fortè.* / *Sed quamobrem.* / *Reliqua verò.* / *An est quisquam.* / *Quòd si.* / *Cur igitur.* / *Atqui.* / *Mihi verò.* / *At enim.* / *Perinde quasi.*

Com-

Compositio Ciceronis:
- *Quoniam igitur pacto.*
- *An verò.*
- *Quid?*
- *Itaque.*
- *Quæ cum ita sint.*
- *Quid quòd?*
- *Huc accedit*
- *Ad illa venio.*
- *Ad alia festinat oratio.*
- *&c.*

Et huius generis sexcentæ minutiæ inter legendum minimè contemnendæ. Denique accuratissimus est in numeris.

De his nos suprà lib. 2. de Orn.

Illud moneo. ne quis huic parti satisfactum putet, si (quales se nouisse testatur Fabius) in fine posuerit, *esse videatur.* Quare vt opus expediam, concludo paucis. Cùm sit vnum in quóque genere perfectissimum (quod si non sensu, mente tamen cōprehēditur) vnā speciē quoq; & ideam cælestis eloquētię, quā sequamur à nobis esse contēplan-

plandam: ad eam Cicero ſine controuerſia proximus acceſſit. Huius ergò maximè ingenium, vim, motus, acumen, ordinem æmulabimur, alios interim non excludemus, qui beneficij ſatis, nihil apportat periculi.
NB. At in apparatu ſermonis vniuerſo, in Verbis, in phraſibus, ornamentis, ſolius M Tullij ſimiles eſſe cupiemus: Nam etſi neceſſarias aliunde, Vocales verò mutuabimur, nihilo tamen ſecius hunc ſolum, ſi volumus, in ſtylo referemus. Quod cùm faciemus, non homini donum hoc, ſed præſenti Deo, qui fons eſt omnis ſcientiæ, referemus acceptum: multóque religioſius Chriſtum in vita, quàm Ciceronem in lingua imitari conabimur.

Cap.

Capvt X.

Et Discere, & Docere Latinam Linguam honestum esse.

QVemadmodum Bacchusius noster

Argutis Epigrammatum Libellis passim notus: de P. Virgilio Marone non tam Poëticè, quàm verè scripsit: *Bernha. Bacchusius Epigram. lib. 1.*

Lucanus rapidus, numerosus Horatius Vmber

Musculus, argutus Bilbilitanus olor,

Flumineus totus Naso, salsus Iuuenalis,

Persius est doctus, Silius ore grauis

Verona Passer tener est, placidusque Tibullus,

Philosophus Carus, Statius armisonus,

Flori-

Floridus est cantor Stiliconis: grandis & ardens
Et monitor Seneca est: omnia Virgilius:

ſic ego de Romana Linguâ, quam hucuſque, Adoleſcentibus commendare conatus ſum, iure merito dicere videor mihi poſſe; *Dulcis est Gallica: Virilis Hiſpanica; Tenera quodammodo Italica; grauis Germanica; elegans Græca; ſancta Hæbrea, omnia* Latina: vt, quemadmodum Populus Romanus cæteras gentes imperij magnitudine ſuperauit, ſic Linguę ſuę, cùm dignitate, tum propagatione eaſdem viciſſe videatur. Perſæ certè, Medi, Aſſyri, Græci, longè latéque fines ſuos protulerunt: Attamen Linguam ipſam cum imperio proferre non potuerunt, perinde ac Romani. Nec puduit ampliſſimis in Repub. perfunctos honoribus, Linguæ huic Commentariis explicandæ operam dare.

re. *Num fuit quicquam M. Tullio honoratior; Num C. Cæsare potentior? Num Varrone variarum artium scientiâ eruditior? Num quouis istorum publicis negotiis domi, foris tractandis occupatior? Nihilominus in mediis Belli tumultibus, inter armorum fremitus de Analogia Cæsar, de Lingua Latina Varro, vterque ad Ciceronem scripsit. Cicero autem Grammaticum studium in libris suis sæpe indicauit, & Grammatici officio sæpe functus est. Occurrebat*, inquit, ipse ad Brutum Tullius, *posse reperiri non inuidos solùm, quibus referta sunt omnia; sed fautores etiam mearum laudum, qui non censerent eius viri esse, de cuius meritis tanta senatus iudicia fecisset, comprobante Populo Romano, quanta de nullo, de artificio dicendi litteris tam multa mandare. Quibus si nihil aliud responderem*

Pontanus Dialog. Vol. 1.

Lib. de Perfecto Oratore.

rem, nisi me M. Bruto negare roganti noluisse, iusta esset excusatio', cùm & amicissimo, & præstantissimo viro, & recta, & honesta, petenti satisfacere voluissem. Sed si profiteor, (quod vtinam possem) me studiosis dicendi præcepta, & quasi vias, quæ ad Eloquentiam ferrent traditurum; quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderet? Ergò si terrarum Monarchæ, si Romani Imperatores, Latinæ Linguæ doctores esse, etiam tum, cùm Consulares dicerētur, hoc est. Summo iam orbis terrarum Magistratu perfuncti honestum sibi duxerunt; quid ni Adolescentes pulchrum sibi quóque existiment, eam Linguám addiscere, quam tanti viri in summa senectute docere non intermiserunt Sed mihi ad finem properanti animus non est, Lydos, quod dici amat, vltro in planitiem currentes, incitare: tot præsertim libris passim editis, rem omnium pulcherrimam vtilissimamq;

Epilogus.

námque ſuadentibus: ſed omittere tamen non poſſum, quin *Priuilegia* vt appellant, atque immunitates, quas potentiſſimi Imperatores, maximi Reges ac Principes litterarum STVDIOSIS iam olim] conceſſerunt, Opuſculo huic, ceu *Mantiſſam*, & Auctarium quoddam apponam: Vnde, tam æſtimare, ſuos labores ſtudiáque Adoleſcentes poſſint, quàm intelligere, maximi vtique momenti negotium illud eſſe, cuius tantam, tanta capita rationem habendam eſſe liberaliſſimè declarauerunt. Centum Octoginta omnino ex conſultiſſimo viro Petro Rebuffo in Quartum Politicorum ſuorum collecta *Studioſorum Priuilegia* retulit Adamus Contzen quæ hîc appendo.

Adam Contzen 4. Polit.

A P.



APPENDIX
SEV
PRIVILEGIA STVDIOSO-RVM.

CENTVM OCTOGINTA.

PRIVILEGIVM PRIMVM

Omnibus diebus Festis Studere, publice.

Profe

I.

Studere die Festo licet.

PRofiteri, disputare concessum est. Nempe postquam diuinis officiis cultus impensus est. Vetitum putat Rebuffus, si lucri causâ fiat: vt si Aduocatus principaliter lucri causâ studeat die Festo. *Quâ in re nequaquam illi assentior, nam quamuis lucri causâ studeat, non est tamen Seruile studium, & lucri cupido honestum finem potest sortiri* NEC ECCLESIASTICA *lege lucrum, sed opus seruile vetatur.*

I I.

In templo.

Licet & in templo studere. Exceptiones Rebuffi generales sunt. Non studere tempore quo obligaris audire Sacrificium, aut vetitis studere artibus; *quod nec extra templum quidem licet: in templo tamen grauius est delictum, quia domum Dei facit domum nequitiæ.*

I I I.

Possunt Scholares domo propriâ Fa-

fabros expellere, si studia strepitu interturbent. Magnum est hoc, & penè inuidiosum priuilegium. Citat tamen iura in hanc rem Rebuffus. Imò in monte Pessulano se textorem cantu studiosos impedientem pepulisse: cùm enim magistratus iuribus studiosorum auditis, importuno musico præcepisset, vel submissiùs caneret, vel cederet, ille domum deserere, quàm vocem moderari maluit. *Fabros strepentes domo pellere.*

IV.

Huius priuilegij causa potest agi die feriatâ, ita ille, *Verum non nisi urgenti causâ id concedendū puto. Causam legitimam puto, si ob caniculares, aut alias vacationes aliquot hebdomadum iustitium esset, tum enim ne integrum Collegium studiosorum diuturnam turbationem perferre cogeretur, etiam die festo res decidi posset.* *Etiam Festo die iudicium hac de re dari potest.*

V.

Et de plano. Hæc causa de plano, & summariè potest tractari, & finiri, alioqui integros annos studia possent impediri, cum lite pendente possessionis vsum retineat malleator, nec facile studiosi longæuas lites suscipiant.

V I.

Negatur appellatio. A sententia lata contra malleatorem, non datur appellatio. *Id vsu, & nisi fallor, æquitate abrogatum est, cur enim hoc negetur, si de sententia quæratur?*

V I I.

Studioso locare nō nulla :o-gūntur. Scholaris potest cogere ad elocandum sibi domum cubiculum, equum; *verum vsum eius priuilegij, nusquam vidi: & sane præstat omnino illo non vti, cùm ius illud, ne inuitus rem alteri locari cogaris, nec peregrinum in familiam admittere, valde sit rationi consentaneum: Et magni periculi est alieno domum elocare.*

care. Vſum ſanè, nullo vnquam loco animaduerti.

VIII.

Studioſum domo locatâ expellere non poteſt Dominus, quamuis domo ipſe egeat. *Si videlicet eâ causâ, ſtudia relinquenda forent.* *Studioſus domo pelli non poteſt.*

IX.

Finito tempore locationis, ſi ſtudioſi tantundem atque alij ſoluere volunt, præferri debent. *Niſi fortè, vt ferè ſit, deteriorem domum faciet ſtudioſorum, quàm aliorum inhabitatio; aut ſanè ſi parum comodis ſint moribus.* *Cæteris pauciores præferũtur ſtudioſi.*

X.

Si Doctor, vel ſcholaris domum alteri ſcholari locatam conduxerit, ante tempus locationis finitum, eſt excommunicatus. *Ante finem locationis non poteſt cõducere alius.*

X I.

*S*i recedat iuſta de cauſa

 ante

Discedẽs pro rata soluit. ante tempus finitum, non pro toto anno, sed pro ratâ tantum soluere tenetur.

X I I.

Discedẽs subrogare potest. Studiosus recedens de domo cõducta, potest alium, in locum suum subrogare. *Ita tamen vt nullo modo reddatur locatoris conditio deterior.*

X I I I.

Commune est ius. Si statuto ciuitatis caueatur, ne quis plus frumenti, quàm pro vsu emat, si pro anno emat scholaris, & tamen post medium annum recedat, non incidit in pœnam, si integro anno eo in loco manere constituerat. *Hoc priuilegium ad omnes extendo etiam ciues, quibus fraudi esse non debet, quæ iustitiæ est consentanea voluntas.*

X I V.

Singulare est. Scholaris recedens, poterit rerum communium partem petere.

X V.

Fuga scholasticum non facit delicti

licti suspectum, sed præsumitur parentes visitare, pecuniam quærere.

X V I.

Commodatum per scholarem factum non finito vsu, cum vult recedere, reuocatur.

X V I I.

Contra studiosum finito studio, agere aliquis inuitus cogitur, aut si intra tempus à iudice moderandum non agat, perpetuum illi silentium indicitur.

X V I I I.

Non agnoscunt onus pro hospitijs, in quibus habitant.

X I X.

Libri non sunt tacitè obligati pro pensione domus.

X X.

Maleficium potius est, iudice Rebuffo, quam priuilegium, vt minus studiosus in honestè viuens, quàm alius inquilinus possit expelli. *Ego non*

Priuilegia non bent flagitia alere, nec eo fine data sunt.

non domo duntaxat, sed vrbe quoq; pellendum censeo.

XXI.

Imo licẽtia hac perdunt studiosi priuilegia.

Non dissimile est, & iniquum, vt in commune hospitium infamia, scorta ducantur; sed illa sunt ex cloaca gentilium, in libros Christianorum deducta, æterno damnanda silentio.

XXII.

Gallis peculiare nominationes obtinere: *Sed quæritur leges illas iam euersas esse Rebuffus.*

XXIII.

Biennij sæuera leges.

Studiosus pecuniæ quærendæ causâ profectus domum, & statim reuersus, retinet priuilegia studij, & in quinquennio tempus illud computatur. *Verum in plerisq; Germaniæ Ecclesiis cathedralibus, aliisq; id non seruatur. Sed si vel vnica nox biennium interruperit, reliqui temporis vniuersi fit iactura. Quam legum seueritatem, mali mores peperere.*

Hoc

Hoc addendum esset, vt diligentiæ & profectus testimonium ferrent. Nunc multi biennio, in opulentis vrbibus ocianturꝛ, aut luxuriant.

XXIV.

Nominati cum præsentant prælatis suas nominationes, & requirunt beneficia, non possunt examinari, quia eos iam vniuersitas examinando, & gradum conferendo probauit. *Hæc quidem vt plurimum seruantur; imò hic Moguntiæ magistri Philosophiæ, ne pro ordinibus quidem examinantur; alibi tamen Doctores etiam Theologiæ, Ecclesia examinat, & omnino ius hoc retinet Ecclesia, nec dependet ab Vniuersitatibus. Neque nunc tutum est, postquam multæ Academiæ non idoneos ad gradus promouent; id enim fieri luce clarius est. Vidi ego artium & Philosophiæ Magistros, qui inter tres Syllogismorum figuras, nullum discrimen nouerant.*

Ecclesia iure suo non cedit, nam ab ea Vniuersitates etiam ipsæ dependent.

Promotũ in Academia ex qua indocti prodeant, examinare debet Ecclesia.

 Nec

Nec intermittit Italia, nobis quotidie quosdam mittere doctores diplomatarios, qui statuere vix possunt, qua in facultate sint promoti: Hinc multi disputant contra Academiarum priuilegia. Sanè Ludouicus XII. pœnâ suspensionis priuilegiorum, & aliâ arbitrariâ afficit eas Academias, quæ non idoneos moribus, scientiâ, meritis promouent. Ita omnino conandum est, vt se ipsæ Academiæ reforment.

XXV.

In Gallia parochos oppidorum gradus habere necesse est, aut sanè triennio studuisse oportet; *quod studium de Theologia intelligendum puto.* In Germania multæ præbendæ Magisterium, aut Baccalaureatum requirunt.

XXVI.

Si studiosus locauerit fructum beneficij per triennium, vel minus tempus, & interea fato cesserit, Successor locationem ratam habere tenetur,

netur, quia facta est in fauorem studiorum, ideoque in vtilitatem Ecclesiæ.

XXVII.

Beneficia maiora debentur eruditis, si tamen eruditioni vita respondeat. Et vt nunc mores defecêre: si desint cognati.

XXVIII.

Studiosus habens vicarium liberatur ab horis canonicis dicendis, si singulis diebus officium B. Virginis, & septem psalmos pænitentiales dicat. *Ita pauci canonistæ, sed reliqui, & Theologi contra sentiunt. Maledictum enim studium, per quod diuinum omittitur officium. Neq; enim vllum excusari certum est, si ex horis 24. vnam Deo, & orationi impendas, qui ex Ecclesiæ patrimonio viuis? An vna hora, aut vna cum dimidiâ precibus impensa te ab eruditione cõsequendâ impedient? Tantùm fugis pietatem, vt ab illa hora petas immunita-*

Maledictum studium per quod diuinum omittitur officium.

nitatem? tot dies lusibus, ambulationibus, spectaculis impendis?

XXIX.

Scholares in suis Beneficijs residere non tenentur. *Nunc optimè statutum est, ne sine Prælatorum facultate absint, & studiorum testimonia exhibeant.*

XXX.

Nihil soluere tenentur Episcopo, si non resideant.

XXXI.

Fructus Beneficiorum quasi præsentes recipiunt. *Id in Germania fieri non solet: certa illis summa in studiorum fauorem deputatur. Sanè distributiones nunquam requirunt.*

XXXII.

Ius optandi retinent absentes.

XXXIII.

Nunquam videntur in fraudem abesse.

XXXIV.

Si quis repetendorum suorum cur-

cursuum causâ ſtudeat in loco non priuilegiato. Priuilegia ſtudioſorum retinet, per ſex menſes in Gallia; *in Germania priuati ſtudij nulla habetur ratio.*

XXXV.

Semel in Matriculam inſcriptus poſt liminio veniens, nihil ſoluere tenetur.

XXXVI.

Curatus ſtudiorum causâ ne intra annum ordinetur, poteſt accipere ab Epiſcopo diſpenſationem.

XXXVII.

Diſpenſationem illam ſine euidenti causâ Epiſcopus reuocare non poteſt.

XXXVIII.

Ob diſpenſationẽ non debet accipi pecunia. *Verùm hoc omnibus ſacris cõmune eſt, vt ſine precio dari oporteat.*

XXXIX.

Cum ſtudioſis, & doctis facilius diſpenſatur.

XL Qui

Qui gradum habent, cum dispensatione quatuor Beneficia obtinere possunt. *De hoc abusu dicam l. 6. de Magistratu Ecclesiastico.*

Vide lib. 6. Polit.

X L I.

Pensio data ab Episcopo studij causâ, non tollitur, si detur beneficium æquale, sed quod residentiam exigat, nisi absoluta sint studia.

X L I I.

Potest Episcopus cum Capitulo statuere, vt quilibet Canonicus conferat quot annis aliquid in subsidium pauperis, ingeniosi & diligentis.

X L I I I.

Scientia, de paupere diuitem facit.

X L I V.

Hinc doctis multi seruiunt.

X L V.

Studiosi scientiam adepti, nobiles censentur. *Sanè in Germania nobilibus æquantur. Comitijs Aug. Anno* 1530.

1530. & anno 1548. olim, & nunc in multis regnis præferuntur; vna est enim. atq; vnica nobilitas, Virtus, & minor virtute, sed maior stemmate nobilitas, est scientia.

XLVI.

Doctor sine labore respondens, salarium meretur. Quia iam olim laborauit.

XLVII.

Pauperes studiosi mendicantes, & validi, non possunt ad laborandum cogi, vti neque nobiles.

XLVIII.

Cum duos pari virtute eligunt, hinc ineruditi, inde Vniuersitas, præualet iudicium vniuersitatis.

XLIX.

Doctis committi Respublica debet.

L

Studiosus doctus, præfertur Doctori indocto.

LI.

Scholaris docendo fit doctior.

L I I.

Docto maior dos debetur.

L I I I.

Pater compelli poteſt, vt filio ſtudiorum ſumptus ſuppeditet. *Hoc priuilegium tot limitationes habet, vt nunquam factum rectè arbitrer, imò nec faciendum.*

L I V.

In principio menſis penſionem ſtudioſo dare parens tenerur. *Hoc quoq; priuilegium eſt in manu parentis poſitum.*

L V.

Scholaris in diuiſione hæreditatis, libros habet præcipuos, nec in commune conferre tenetur.

L V I.

Libri in legitimam non computantur: Pater in dubio cenſetur libros donâſſe.

L V I I.

Cùm libros conferre coguntur, æſti-

æſtimationẽ dare poſſunt, libris retentis.

LVIII.

Mutuum filij datum à patre repeti poteſt.

LIX.

Debitum ſtudiorum cauſâ contractum, ex communi ſolui decet.

LX.

Donatio facta filio in poteſtate, valet, ſi filius ſtudet.

LXI.

Nec donatio illa reuocari poteſt.

LXII.

Pater talium bonorum ſic datorum vſum fructum non habet.

LXIII.

Studioſus donum, animo diſcedendi à ſtudio, datum, ſi non diſcedat, poteſt reuocare.

LXIV.

Donatio ſtudioſo facta, etſi quingentos aureos excedat, non eget inſinuatione.

LXV.

Stu-

Studiosus filius Professoris retinet paternæ ciuitatis originem.

LXVI.

Doctor tenetur alere suum scholarem pauperem. *Verum id solùm decet, cùm Doctor est diues, studiosus pauper. Nunc tot millia studiosorum pauperum, vix rex aliquis alere possit.*

LXVII.

Doctores possunt esse testes pro discipulis suis & studiosis.

LXVIII.

Doctus censendus est, quem pro tali habent Auditores.

LXIX.

Doctor non potest recusari iudex in causa suorum studiosorum. Possunt autem scholastici iudicem ordinarium recusare. *De causis criminalibus magna controuersia fuit, solent à suis Doctoribus iudicari, sed in horrendis sceleribus ad magistratum remitti. Multa priuilegia sustu-*

dit, Academicorum in delictis puniendis lentitudo, & conniuentia. Bononienses suo priuilegio renunciasse ait Rebuffus; Moguntini ius suum tuentur, & quamdiu disciplina vigebit, plaudente Republicâ, propugnabunt. Priuilegia enim, non nisi delictis amitti solent.

L X X.

Studiosi, non nisi veniâ petitâ, in ius vocant suos Doctores. *Debetur enim illis non minor reuerentia, quàm patribus.*

L X X I.

Doctores suos Auditores verberare non debent. *Leuis tamen castigatio, magistro artium concessa est, & docenti.*

L X X I I.

Doctoris eruditi, bonæ conscientiæ, modesti, sententiam etiam opinioni communi contrariam sequi potest Auditor: *quod tamen ita intelligo, si ille veram iudicet, & probabili*

babili rationi ita sibi persuadeat.

LXXIII.

Studiosus vocatus à patre suo, discedere potest etsi iureiurando asseuerauerit, se non discessurum, *Hoc iniquum est, ideoq; nec priuilegium, si legitimo modo, causaq; iusiurandũ sit datum; Estq; occasio maleficiorum, & fraudum, quae optimas artes vehementer infamant.*

LXXIV.

Qui iurat, se comitaturum Rectorem, non semper comitari tenetur, si tamen domi studijs vacat.

LXXV.

Studiosi Rectori inobediẽtes, etsi periuri sunt, nõ tamen sunt infames.

LXXVI.

Etsi iurent, se gradum in aliqua Vniuersitate non sumpturos, si tamen noua causa sit, vt nouum examen; poterunt id facere. *Ego iureiurando eos teneri arbitror.*

LXXVII.

Pater

Pater visitans filium in loco studij, non potest ibi de alijs contractibus conueniri, nisi aliâ ex causâ sit loco obligatus.

LXXVIII.

Multò minus capi potest pro repræsalijs. *Valdè enim impedirentur studia.*

LXXIX.

Qui consanguineis, famulis, nuncijs studiosorum damnum infert, in quadruplum restituere tenetur.

LXXX.

Mandatum in fauorem studiosorum, morte mandantis non exspirat. Titius mandat institori, vt Caio studioso det centum aureos, nondū datâ pecuniâ moritur, hæres soluere tenetur.

LXXXI.

Doctores, & studiosi rescripta Apostolica exequi non tenentur.

LXXXII.

Cùm duo sunt rescripta omnino pari efficaciâ, pro studioso præsumitur.

LXXXIII.

Bona

Bona ſtudioſorum capi non debent.

LXXXIV.

Ingenioſus,& doctus, etiam ante quinquennium ſtudiorum fieri poteſt Doctor.

LXXXV.

Cupido alios in ſcientia ſuperandi,non eſt peccatum. *Verùm hoc ſanè intelligendum , & in alia multa conuenit.*

LXXXVI.

Studioſus notoriè peritus,examinari non debet.

LXXXVII.

Studioſus reijcere poteſt ab examine Doctorem ſuſpectum.

LXXXVIII.

Hac in cauſa iuramento ſtudioſi ſtatur.

LXXXIX.

Pro lectionis initio, quam ſtudioſi inchoant,prandium exigere non debent Doctores.

X C.

A pauperibus nihil exigere Doctor debet.

X C I.

Rescriptum contra studiosum non valet , nisi in eo fiat mentio, quod sit studiosus.

X C I I.

Rescriptum datum studioso non est irritum, si non à patria, sed à loco studij nominatur.

X C I I I.

Nominis mutatio studiosis prohibita non est.

X C I V.

Sudiosis permissæ sunt vestes omnis generis, & coloris, sunt enim peregrini. *Verùm modestiam suis singulæ Academiæ solent præscribere.*

X C V.

Qui promisit librum se studioso scripturum, non liberatur, si soluat interesse, sed opus est , opus ipsum absoluere.

XCVI.

Suo etiam atramento ſcribere, & rubricâ tenetur.

XCVII.

Studioſus ſcriptorem certo loco ſcripturum ſe promittentem, poteſt propria auctoritate capere, ſi fallat. *Omnino ſublatum eſt.*

XCVIII.

In terris Eccleſiæ ſtudioſum Imperator legitimare ſolet.

XCIX.

Rei emptæ incommodum, non pertinet ad ſtudioſum.

C.

Cogi poteſt quis, vt locum vendat ad ſcholas ampliandas, vel ad collegium aptum.

CI.

Loca ſtudioſorum nullus occupare poteſt.

CII.

In ſchola capi non poteſt ſtudioſus, niſi ſit rebellis ſuo Doctori.

CIII.

CIII.

Iniuria vni ſtudioſo facta, comũnis cenſetur.

CIV.

Maxima amicitia contrahitur ſimilitudine ſtudioſorum.

CV.

Iudex ſine accuſatore inquirit in eos, qui ſtudioſis moleſti ſunt: nam ſacrilegium eſt offendere domũ ſtudioſi.

CVI.

Studioſus iniuriâ affectus cum alio non ſtudioſo, ſocium ſuum ſuo priuilegio donat, vt vterque cauſam apud conſeruatores ciuitatis agere poſſit.

CVII.

Studioſorum paucorum ſocietas, Syndicum creare poteſt.

CVIII.

Si ſtudioſus occidatur, nec capiatur interfector, decem proximæ domus ſub interdicto ſunt quinquennio. Si res furto auferatur ſtu-

ſtudioſo, vicinia tenetur. *Verùm hæc nũquam in Germania vſurpata ſunt.*

C I X.

Doctor, aut ſtudioſus valde excellens ob crimen damnatus, vitâ donari ob peritiam debet.

C X.

Nec ſtudioſi, nec eorum famuli, in multitudinem arma ferre debent. Scholares portantes quotidie arma, enſem, & alia, præſumuntur mali, & habere animum maleuolum. *Gloſ. in §. Si quis ruſticus.*

C X I.

Studioſus ſi adulterinam monetam inſcius exponat, non punitur; *quia magis iura, quam pecuniam nôſſe præſumitur.*

C X I I.

Sudioſi ſi poſt ceſſionem bonorum fuerint facti diuites, licet reddere creditoribus teneantur, non tamen libri ab illis debent auferri.

C X I I I.

Libri

Libri nullâ ex causâ possunt illi eripi, non etiam pro executione rei iudicatæ, nisi sit dyscolus.

CXIV.

Libri non debent alteri, sine expresso mandato dari.

CXV.

Iudæi, atque alij ementes libros studiosorum, non possunt eos retinere, donec per dominos repetantur.

CXVI.

Edere libros scholasticis tenetur mercator, vt videat an sint sui. Itaq; edere libros actori coguntur ad fundandam intentionem.

CXVII.

Quamuis Iudæi cum Christianis habitare non debeant, eorum tamen liberi à Christianorum scholis non excluduntur.

CXVIII.

Studiosi cæteris creditoribus preferuntur, adeò autem in his prælatio-

tionem habent, vt professoribus pro salario, bona ciuitatis hypothecata esse iudicentur.

C X I X.

Studiosus læsus, restitutionem in integrum petere potest, durante studio.

C X X.

Studiosus à bibliopolis deceptus continuo actionem habet redhibitoriam.

C X X I.

Studiosus in loco Academico propter contractus alibi initos, conueniri non potest.

C X X I I.

Neque etiam propter obligationes, ante studia contractas.

C X X I I I.

Imò, nec propter delicta, in alia Vniuersitate commissa.

C X X I V.

Etiam studiosis pœnitentia concedi-

ceditur, vt non ſentiatur infamis, ſi ablatum reſtituat.

CXXV.

Studioſi omnibus ciuium priuilegijs gaudent, quibuscum habitant.

CXXVI.

Ita tamen ſtudioſi ciues ſunt vrbis, in qua habitant, vt eius commoda, non incommoda ſentiant.

CXXVII.

Itaque non tenentur ad onera ciuitatis, etiamſi ea de re aliquid ſtatutum eſſet, contra eorum immunitatem.

CXXVIII.

Studioſus de bonis à patre, vel alijs donatis teſtari poteſt.

CXXIX.

Tanquam peregrini habentur, conſuetudines ciuitatis ignorare præſumuntur, ab omnibus defendi debent, & ad forum Eccleſiæ pertinent.

religiosis, causâ studij, ratum est.

CXXXVI.

Legatum annuum initio anni debetur.

CXXXVII.

Legatum non solemni voluntate relictum, si per triennium præstitum sit, de cætero etiam debetur.

CXXXVIII.

Cùm libri studiosis legantur, pecunia ad eos emendos legari censetur.

CXXXIX.

Studiosi parocho in cuius parœcia habitant, aut alijs legitimam potestatem habentibus, confiteri possunt.

CXL.

Studiosus priuilegijs, aut Matriculâ priuari non potest, nisi ter monitus.

CXLI.

Si iussus est immatriculari, pro immatriculato habetur, quoad sub-

eundam pænam impositam, si studiosum offenderit.

CXLII.

Etiam in Matricula expunctus gaudet priuilegijs, donec in aliâ Vniuersitate inscribatur.

CXLIII.

In ciuitate quæ sub interdicto est, lectiones audire possunt, quamuis eorum Doctores etiam sub interdicto sint.

CXLIV.

Si Studiosus clericum modicè verberet, à conseruatore Apostolico absolui potest.

CXLV.

Quæ studiosi expendunt, in vtilitatem Ecclesiæ expendere censentur.

CXLVI.

Nulla vectigalia rerum, quas secum portant, debent.

CXLVII.

Si libros portare se asserant, eorum,

rum, & nuntiorum iuramento creditur.

CXLVIII.

Qui cogunt studiosos soluere vectigalia, omnibus suis priuilegijs priuantur.

CXLIX.

Studiosi à collectis, & muneribus immunes sunt.

CL.

Pro repræsalijs capi non possunt.

CLI.

Studiosus alioqui non proscriptus, dum it, manet, redit, semper securus est.

CLII.

Studiosus iudices habet Episcopum, Potestatem, Rectorem, Doctorem.

CLIII.

Etiam post litem contestatam, alium iudicem eligere potest.

CLIV.

Citatus à iudice non suo, priuile-

legium allegare non tenetur, quia notoriè priuilegiatus est.

C L V.

In ciuilibus, & criminalibus, sine consensu patris actor esse potest.

C L V I.

Imò priuilegium, quod ad actionem ciuilem, quidam ad Monachos extendunt; *quod ego arbitror votis, & iuramentis religiosorum vetari.*

C L V I I.

Qui studiosum ad alienum tribunal traxerit, causâ cadit.

C L V I I I.

Doctores in studiosos iuris dictionem habent, iure omnium Academiarum : & multis locis periuri sunt, qui aliò appellant.

C L I X.

Etiam Magistri artium in controuersijs suorum condiscipulorum iudices sunt.

C L X.

Stu-

Studiosus coram suo iudice conuentus, reconuenire potest.

CLXI.

Studiosi debitores, ad quatuor diætas trahere possunt.

CLXII.

Studiosi actores, forum rei non sequuntur, *verum hoc nusquam obseruatur, nisi vbi peculiares sunt conseruatores, & quasi vtriusque partis iudices.*

CLXIII.

Studiosi ab interlocutoriâ appellare possunt.

CLXIV.

Studiosi ad superiorem iudicem absque medio appellare possunt: quia Imperator speciali gratiâ eorum defensioni se offert.

CLXV.

Studiosus cessante studio amittit priuilegium: si tamen quandoque scholas obeat, & domi studeat, maximè si prouectæ sit ætatis, seruat. *Nunc in Germania amittit.*

C L X V I.

Studiosorum famuli, scriptores, & personæ accessoriæ, atque adeò integra collegia, eorum priuilegijs gaudent.

C L V I I.

Studiosi famulus, mercedem nisi mentione, & conuentione factâ petere non potest.

C L V I I I.

Contra studiosum compensatio peti non potest; *hac enim ratione in summas angustias redigi posset.*

C L X I X.

Nunquam censetur studiosus, per ambitionem honores Academicos petere.

C L X X.

Studiosus pro socio, & amico, præsertim in causâ studiorum, testis esse potest.

C L X X I.

Dare potest fideiussorem, sed is priuilegio suo renuntiare debet.

CLXXII.

CLXXII.

Studiosus fideiussor profecturus ad studium, petere potest à creditore, vt alium subroget.

CLXXIII.

Magistratus capiens studiosum offerentem fideiussores, & non relaxans, tenetur iniuriarum; *sed hoc in causâ ciuili, non criminali.*

CLXXIV.

Alimenta indebitè pauperi studioso data, non possunt repeti.

CLXXV.

Donatio per vxorem diuitem facta marito studioso, rata est.

CLXXVI.

Doctori tempus, quo professus est ante Doctoratum, ad comitiuam, quam quispiam viginti annorum professione consequitur, valet.

CLXXVII.

Pater cedere potest litem filio studioso.

CLXXVIII.

Quædam tamen penitus abrogata sunt.

Hæc omnia priuilegia motu proprio studiosis concessa censentur, ideò dolus abesse præsumitur; *præsertim illa, quæ sunt in corpore iuris.*

CLXXIX.

Cùm edicto principis omnibus priuilegijs derogatur, non censentur comprehendi illa priuilegia, quæ sunt in corpore iuris, & priuilegio speciali per legem generalem non derogatur.

CLXXX.

Tot priuilegia, totidem sunt testimonia dignitatis studiosorum.

His fruuntur etiam Historici, Rhetores, Grammatici; *non tamen illi qui primas literas docent, aut discunt; nullo autem modo qui artibus vetitis vacant.* Hæc omnia ex diligentissimo, & iureconsultissimo viro colligere volui, non ignarus, non omnia vbique vsurpata esse, & multa alijs locis priuatim concessa; sed vt in promptu legentibus essent, omnesque agnoscant, quanto fauore, liberalitate, & munificentiâ scientia-

entiarum *Professores*, & *Alumnos* prosecuti sunt Principes, Reges, Imperatores; inprimis verò *Ecclesia*, & summus Pontifex: cuius vnica cura esse debet, vt in orbe Christiano *erudita pietas*, & *pia eruditio* conseruetur.

Plurima vero tempora sunt, occasionesque, quibus his priuilegijs scholastici non vtuntur: quædam enim, si non iniquitatem, certè offensionem aliorum adiunctam habent, nec iustum nisi apud iustissimos vsum. Deinde iure priuilegiorum exciderunt: *Si vagus sit, si inhonestè viuat, si nec domi studeat, nec lectiones obeat. Si aliorum, & disciplinæ conturbator sit, si alios verberet, irrideat, conuitietur, exsibilet, si aleator, decoctor, blasphemus sit, si excommunicatus, si clericus, vel monachus sine superiorum permissu studeat, si nolit obedire Rectori, si artibus vetitis operam nauet, si extra Gym-* *Qui vsũ priuilegiorum non habeant.*

nasia priuilegiata studeat. Aurea itaque lex est Academiæ nostræ, quæ auream Moguntiam illustrat, quamuis antiqui seculi verbis concepta, sed sensu veræ, & Germanæ pietatis. *Volumus insuper, & statuimus, vt Doctores, Licentiati, Magistri, & generaliter omnes, vniuersitati nostræ incorporati, & qui eiusdem priuilegijs gaudere volunt; honeste, secundumq; iuris præcepta, & vniuersitatis nostræ statuta, viuant. Rectori inprimis, de hinc alterutrum alteri, iuxta dignitatum, & graduum præeminentiam, debitum honorem impendant. Præcipuè verò Doctores, Magistri, & graduati animi grauitatem, constantiam, & maturitatem præseferant; In scholaribus autem obedientiam, pudicitiam, accuratumq; studium. In omnibus denique mansuetos, honestosq; mores; Et in summa vitam, quæ disciplinatos decet viros, requirimus; in rebelles nihil-*

Aurea lex Academia Moguntina.

Mores sũt digni priuilegijs, si sponte honestatem sequuntur.

hilominus, pacis turbatores, discolos, noctinagos, & alios qualescunq; delinquentes, iuxta criminis atrocitatem, prout sequitur, animaduertentes. Huc pertinet nobilis illa facultatis Philosophicæ ad suos alumnos adhortatio. *Quod felix, faustumq; sit, & quidem vniuersæ Reipublicæ literariæ, sacrosanctas leges nostras, ac statuta vniuerso cœtui nostro publicare cogitamus. In hoc promulgandi negotio, tu istud ô sa cohors, in primis admonenda nobis occurris, ne illotis, vt fertur, manibus, pedibusque, néue parum reuerenter ad statutorum nostrorum publicationem confluxisse videaris; imò purgatis cum auribus, tum animis omnes militiæ nostræ consortes auscultare, animumque aduertere haudoscitanter præcipimus, optamusq; probè ingenuatos, tractabiles, disciplinarumq; studijs intentos, & eorundem flagrantes amore, nobis offerri. Contra verò discolos,*

Præfatio statutorum philosophicæ facultatis.

los, indisciplinatos, difficiles, morosos, sinistro genio, iratisq; musis, & Apolline natos, hinc eminus ablegamus, manifestaq; contestatione tanquam imbelles, ignauos, & literaria militia inutiles auersamur.

Meritò ista, prouidentissima maiorum cura sanxit. Tam magna enim *Priuilegia*, sapientiæ, pietatis, artium liberalium studio, vtilitati Reipublicæ, non vagorum adolescentum nequitiæ, ocio, luxuriæ impensa sunt.

FINIS.

Omnia ad Maiorem Dei gloriam.

SYL-

SYLLABVS

Rerum præcipuarum, quæ duobus Libellis, de ortu & occasu Linguæ Latinæ continentur.

A.

Auso-

Cæci-

C.

Corn.

H.

I.

M.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

V.

FINIS.

EMENDANDA.

In dedicat. pag. 5. a. ver. 18. iuſſiſſe 6. a. v. 11. futura. In Præfat. p. 3. b. v. 12. Pacuuium. 4. a. 13. & 15. Porcius. 5. a. *poſt Gellium adde* Iuſtinum. In Auctor. p. 1. b. v. 2. *adde* Baſilius Sanchius. pag. 11. v. 4 nimirum. p. 13. v. 5. ſeculum. *ſic deinceps* 16. vlt. diuiſo. 19. 18. ſcenæ. 22. 15. Ab Virid. 24. 2. mutationem. 23. Ceterum, *ſic deinceps.* 27. 15. toto. 40. vt. in imitat. 41. 6. Virgil. *ſic deinceps.* 47. 4. inceſſeris. 54. 17. manifeſtiſſimum. 55. 17. nouit. 62. 7. præiuit. 65. 9. alienior. 139. 17. acuit. 145. 23. alium. 146. 3. acciſa. 147. 11. habeo. 152. 2. Oratoris. 163. 16. negotio. 169. 15. lapidationem. 171. 17. parſimonia. 179. 5. periit. 200 4. intrare. 207. 17. *dele* partem. 209. 6. propius. 214. 8. cauere. 224. 7. cuias. 11. nam 227. *in fin. dele* cura obeas. 232. 11. operimenta. 13. lodiculæ. 233. 13. Stomachatus. 237. 14. multare. 261. 10. labes. 263. v. vlt templi. 264. preſbyterio. 9. *adde* ad 20. Cacodem. 265. 8. qua. 266. 14. corpori. 18. præcelſum. 267. 12. oſtiatim. 269. 8. diurna. 17. exercitati. 271. 6. pingere. 279. 21. Numini. 284. 11. veſtiarium. 21. ægritudines. 290. 15. Me. 21. Aliud. 291. 13. meream. 292. 14. per. 293.

293. 6. continenter. 294. 14. Anne. 295. 11. pilas. 14. ET. 301. 10 medius fidius. 303. 17. testat. 310. 17. funali. 317. 18. Ablatiuus. 319. 5. solœcismo. 320, 14. Fabularum. 321. 11. carent. 322. 7. cauendum. 323. 20. oblectent. 21. carpant. 324. 7. auc. 11. dirigat. 325. 17. vllum. 321. 22. præstiterunt. ibid. parcissimi. 23. amantissimi. 326. 10. clamat. Dii. 327. 12. salutatum, siue 326. 10. applicant. 12. absurdius. 16. rationes. 328. 8. *adde* leget? 18. Sicelis. 22. Episcopium, 329. Erinnys. 330, 1. scatent. 20. Sophronius. 331. 15. Hyems. 334. Solœcophanes. 335. 7. Helicon. 14. cithara. 22. inflectendisque. 336. 23. Aetna. 337. 1. rariones. 6. Aristobulus. 19. Abydos, *penult. productâ.* 338. 14. Epicedion. 340. 6. Onomatopœia. 341. 3. significans. 16 ὁμοιόπτωτον. 17. ὁμοιοτέλευτον. 342. 12. ficta. 16. ὑποτύπωσις. 17. præcisio. 344. 1. alia. 6. Cicero. 345. 20. disces. 346. 1. te. 7. Eclogas. *Vlt.* Poliorcetica. 348 9. Εκληροκαρδία. 10. Durities. 349. 1. Ευημέρημα. 4. alienissimus. 6. Οικόσιτον. 9. Ευτυχία. *Vlt.* barbari. 3505. significantior. 7. Εμφατικώτερα. 9. Εκόσια. 352. 6. Hexagonos. 14. Phænomena. 23. Catarrhus. 356. 5. Hinc. 357. 8. dum.

